This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Lc 40.327.5

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

IN

Codici

SCHOLIA
IN CICERONIS ORATIONES
BOBIENSIA

EDIDIT

I 950

PAULUS HILDEBRANDT

ADIECTAE SUNT DUAE TABULAE PHOTOGRAPHICAE

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MCMVII

Le 40.327.5

HARVARD COLLEGE
MAR 5 1909
LIBRARY.

Constantine fund

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

FRANCISCO EHRLE

PRAEFECTO BIBLIOTHECAE VATICANAE

S.

PRAEFATIO.

Codex membranaceus, in quo nobis servata sunt scholia ad Ciceronis orationes conscripta Bobiensia, olim in bibliotheca monasterii Bobiensis a S. Columbano septimo saeculo constituti exstitit.[1]) Ipso eodem saeculo septimo exeunte vel octavo ineunte tres librarii librum ita constituerunt, ut actiones synodi Chalcedonensis et monumenta ad historiam illius concilii spectantia membranis, quibus scripta antiqua latina continebantur, lautis, abrasis, politis imponerent. Atque constat[2]) unumquemque librarium ex suo scrinio sua manuscripta veterum scriptorum deprompsisse ita, ut primus Frontonis epistulis et scholiis ad Ciceronem pertinentibus novum textum inponeret, secundus Gothicis, Arianis, Persio, Iuvenali, tertius Symmacho. Duae partes huius codicis exstant: una anno MDCXVIII Romam in bibliothecam Vaticanam, altera Mediolanum in bibliothecam Ambrosianam ablata est, tertia aut periit aut adhuc latet. Invenit in his reliquiis libri manuscripti veterem scripturam ediditque cardinalis Angelus Maius.

Ex hoc codice rescripto nunc denuo publici iuris fiunt scholia Bobiensia ad Ciceronis orationes conscripta. De his optime meruisse Maium, cum ea non solum indaga-

1) De hoc codice nuper uberrime egit et eius partem Romae servatam edidit *P. Ehrle*, Vaticanae bibliothecae praefectus, v. *Codices e Vaticanis selecti phototypice expressi. vol. VII. Mediolani MDCCCCVI.* — Ante eum partem Mediolanensem recensuit *Reifferscheid* in *Bibliotheca patrum Latinorum Italica. Vindobonae 1871, II, 22—25 (extr. ex: Sitzungsberichte der Wiener Akad. LXVII [1871], 486 sqq.).*

2) *Ehrle, l. l. pag. 20.*

verit, sed etiam, quantum potuit tot tantisque occupationibus distractus, accuratissime legerit et ediderit[1]), patet. Post eius tempora codex a Zieglero tantum denuo collatus est: itaque editiones ab Heinrichio Crameroque[2]), a Schuetzio[3]), ab Orellio[4]) factae et partes a Beiero[5]) et

1) *M. Tullii Ciceronis trium orationum in Clodium et Curionem, de aere alieno Milonis, de rege Alexandrino fragmenta inedita; item ad tres praedictas orationes et ad alias Tullianas quatuor editas commentarius antiquus ineditus, qui videtur Asconii Pediani; scholia insuper antiqua et inedita quae videntur excerpta e commentario deperdito eiusdem Asconii Pediani ad alias rursus quatuor Ciceronis editas orationes: omnia ex antiquissimis mss. cum criticis notis edebat Angelus Maius. — Mediolani 1814.* (Haec est pars Mediolanensis, quam priorem detexit Maius.) — *M. Tullii Ciceronis sex orationum partes ante nostram aetatem ineditae cum antiquo interprete ante nostram item aetatem inedito, qui videtur Asconius Pedianus, ad Tullianas septem orationes. Accedunt scholia minora vetera. Editio altera, quam ad codices Ambrosianos recensuit, emendavit et auxit ac descriptionem codicum CXLIX., vita Ciceronis aliisque additamentis instruxit Angelus Maius. Mediolani MDCCCXVII. — Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum tomus II. Complectens Ciceronis antiquum interpretem, item Ciceronis orationum fragmenta nuperis temporibus reperta, item orationum in C. Verrem partes ex antiquissimo palimpsesto Vaticano. Cum duabus tabulis aeneis. Curante Angelo Maio. Romae. MDCCCXXVIII.*

2) *M. Tulli Ciceronis orationum pro Scauro, pro Tullio, pro Flacco partes ineditae cum scholiis ad orationem pro Scauro item ineditis invenit, recensuit, notis illustravit Angelus Maius. Cum emendationibus suis et commentariis denuo ediderunt Andr. Guil. Cramerus et Carol. Frid. Heinrichius. Kiliae 1816.*

3) *M. Tullii Ciceronis opera quae supersunt omnia ac deperditorum fragmenta recognovit ..... Chr. G. Schütz. Lipsiae MDCCCXIV—XXIII.* Excerpta Bobiensa exstant in vol. I, pag. 383 sqq. Scholia Ambrosiana tom. XVI, p. 111.

4) *M. Tullii Ciceronis opera quae supersunt omnia ac deperditorum fragmenta recognovit et singulis libris ad optimam quamque recensionem castigatis .... edidit Io. Casp. Orellius. vol. V, pars II. Turici MDCCCXXXIII.*

5) *M. Tulli Ciceronis orationum pro Tullio, in Clodium, pro Scauro, pro Flacco fragmenta inedita ex membranis palimpsestis bibliothecae R. Taurinensis Athenaei eruta et cum Ambrosianis earumdem orationum fragmentis coniuncta ab Amedeo Pey-*

Halmio[1]) editae coniecturas tantum attulerunt. Deinde Zieglerus codice relecto in Museo Rhenano[2]) et in programmate gymnasii Maximilianei[3]) Mai textum multis locis correxit emendavitque. In Hermae volumine XXXI[4]) viginti quattuor annis post, quae codice Ambrosiano denuo inspecto invenerat, cum eis coniunxit, quae ipse scripserat et quae interim publicata erant ita, ut commentarium criticum continuum conficeret. Interea Stanglius etiam ipse partibus Ambrosianis collatis ea quae vel legendo correxisse vel emendando enucleavisse sibi videbatur duobus locis explicavit.[5]) Praeterea Gaumitzius[6]) et Schillingius[7]) et ego[8]) scholia ita tractavimus, ut aliis quaestionibus ad commentarium pertinentibus operam daremus, textum ipsum paene neglegeremus. Aliquod autem adiumentum ad formam codicis litterarumque cognoscendam dederunt Bond et Thompson tabula photographica publi-

---

rone . . . cum huius integris, cum superiorum editorum selectis et cum suis annotationibus tum emendatiora tum auctiora separatim edidit Carolus Beier. Cum speciminibus codicum et Ambrosianorum et Taurinensis lithographis. Lipsiae MDCCCXXV.

1) *M. Tullii Ciceronis orationes superiorum interpretum commentariis suisque adnotationibus explanavit Carolus Halm. Vol. I. I. Oratio pro Sulla. II. Oratio pro Sestio. III. In P. Vatinium testem interrogatio. Lipsiae MDCCCXLV.*

2) *Rheinisches Museum N. F. XXVII (1872), 420 ff.*

3) *Beiträge zur Textkritik des Scholiasta Bobiensis zu Ciceronischen Reden. Programm des K. Maximiliansgymnasiums. München 1873.*

4) *Hermes XXXI (1896) 19 ff., 278 ff.*

5) *Rheinisches Museum N. F. XXXIX (1884) 231 ff., 428 ff. Bobiensia. Neue Beiträge zur Textkritik und Sprache der Bobienser Ciceroscholien. Programm des K. Luitpoldgymnasiums. München 1894.*

6) *Programm des Vitzthumschen Gymnasiums. Dresden 1884.*

7) *De scholiis Bobiensibus. Dissertatio inauguralis Lipsiensis. Dresdae MDCCCXCII. (Inest etiam in programmate gymnasii Vitzthumensis anni 1892.)*

8) *De scholiis Ciceronis Bobiensibus. Dissertatio inauguralis Gottingensis. Berlin 1894.*

cata et accuratius descripta.[1]) Iam, cum novam editionem omnes hi quos commemoravi viri docti non confecissent, ego a Friderico Leone monitus ut perficerem et eius opera atque benignitate a regia societate litteraria Gottingensi adiutus sum. Stanglius vero apographo collationis codicis Ambrosiani a Zieglero factae ut uterer liberalissime concessit atque etiam ut eam describerem, permisit. Itaque inde ab anno MDCCCVC usque ad MDCCCCIII quotannis bibliothecam Vaticanam aut Ambrosianam adii et palimpsesti duas partes contuli. Interim Brakmannius collato et codice Vaticano et Ambrosiano emendationes suas publici iuris fecit[2]), ego eas recensui.[3]) Deinde, cum iam hanc editionem brevi tempore prodituram esse putarem, ipse emendationes publicavi.[4]) At per complures annos gravi morbo impediebar, ne opus ad finem perducerem. Atque si quis haec, quae edidi, comparabit cum eis, quae Zieglerus publicavit, sane pauca a me legendo correcta esse intelleget. Neque tamen quemquam nisi oculis Studemundianis et facultate divinandi pari praeditum nunc in illo palimpsesto novi quicquam inventurum puto. Etenim tinctura a Maio adhibita in Vaticana parte, quae Vat. 5750 significatur, multa, in Ambrosiana — E. 147 sup. — plura multo ita evanuerunt, ut nobis amissa plane videantur. Praeterea graecae litterae ab amanuensi scriptae paene omnes perierunt: quomodo lacunae compleantur, raro vestigiis calamo impressis, multo saepius omnino non perspici potest. Atque quantum scripta ipsa obscurata sint, eo intellegitur, quod saepius viri docti vestigia litterarum sibi detexisse videbantur, quae vel numquam extiterunt vel in verso folio scripta et transpecta aciem oculorum fefellerunt. Tamen hoc animadvertendum est fragmenta Vaticana multo melius conservata

1) *Paleographical Society, facsimiles of manuscripts and inscriptions. London 1873—83. I Serie vol. II, plate 112.*

2) *Bobiensia scripsit C. Brakmann. Traiecti ad Rhenum. MDCCCCIIII.*

3) *Zeitschr. für österreich. Gymnasien LV (1904), p. 757 ff.*

4) *Rheinisches Museum N. F. LIX (1904), p. 239 ff.*

esse multoque minore opera legi posse quam Ambrosiana; neque id solum eo efficitur, quod clariore luce in bibliotheca Vaticana uti licet, in Ambrosiana magno spatio interiecto difficillime in obscuritate litterae internoscuntur, quodque Maius immoderatius tinctura Mediolani quam Romae usus est, sed etiam eo quod folia Vaticana cura praefecti P. Ehrle ex compage soluta ac novo quodam atque excellenti modo restaurata sunt. Primum enim accuratissime levigata sunt ita, ut membrana multis locis antea contracta cautissime distraheretur, deinde folia tenta charta solida circumdata sunt, ne rursus vi sua contraherentur. Ita factum est, ut et multo facilius commodiusque folia dissoluta legerentur et accuratius litterae cognoscerentur. Ultimo anno deinde codex phototypice expressus atque publicatus est.[1]) Contra Mediolani liber adhuc manet neglectus, nisi quod e compage solutus est. Singula folia secundum ordinem a Maio constitutum servantur. Maxime vero dolendum est adhuc in bibliotheca Ambrosiana nihil pro hoc manuscripto factum esse atque sperandum nunc virum doctum qui ei praeest palimpsestum maiore cura tractaturum esse. Neque enim dubitari potest, quin conservando atque publicando palimpsesto praefectus bibliothecae Vaticanae litterarum studiis maxime inserviverit. Etenim folia tinctura obruta et totiens collata atque tractata etiam si cautissime tangas, saepissime vel franguntur vel dilacerantur; sin membranam distrahas, certissime violantur.

Scriptus est codex Bobiensis, cuius reliquiae supersunt, duabus columnis mediocriter angustis; complectitur unaquaeque linea, quarum vicenae quinae in singulis columnis exstant, senas denas litteras circiter; nullam, si latinas litteras numerabis, plus quam viginti duas, nullam minus quam duodecim continere invenies. Exceptae sunt eae lineae, quarum fines ob interpunctionem vacuae relictae sunt; de hisce certa regula poni nequit. De litterarum quae unciales sunt forma haec animadvertenda puto:

1) Vide supra p. V, nota 1.

Δ pars sub ductu transverso posita angustissima in lineolam excedit, quae sub linea ipsa terminatur.

B pars superior multo angustior est quam inferior.

C et G litterarum pars superior curvata non est; si littera, quae sequitur, ductu vel recto vel transverso incipit, hae litterae cum illa parte longiore paene coniunctae videntur.

D ductu transverso scribitur.

E lineola in duas partes dividitur, quarum superior multo minor est. Linea rotunda superior in punctum excedere videtur.

F medio ductu in partes paene aequas dividitur, quarum inferior sub lineam perducitur. Lineola summa paulum in sinistram partem litterae excedit.

L eo tantum ab I differt, quod maius est quodque et infra et supra curvatur.

M prima pars recta est, non curvata.

N ductus recti eandem magnitudinem habent, nisi quod prior sub linea incipit.

P et Q sub lineam perducuntur; summa pars illius litterae angustissima est, huius simillima C.

R pars curvata angustissima est, ultima parva; hac linea cum littera, quae sequitur, coniuncta videtur.

S partibus angustissimis minimum spatium occupat.

T lineola librata paululum ab utraque parte rectam excedit; fundamentum litterae leniter angusteque curvatum est.

U prior pars curvata, posterior recta est.

Compendiis non multis neque inusitatis librarius usus est. Ut omittam lineolam vocalibus in fine lineae superpositam: Δ‾ (-am *vel* -an),. item E‾ I‾ O‾ U‾ et O minus litteris appositum *e. g.* I° has contignationes librarius posuit:

Æ (ae) non solum in terminatione vel in uno verbo, sed etiam in duobus: ΔEUÆT | Ambr. 409, 9 sin. in fine lineae; etiam in media linea.

N (-nt) et in media linea et in fine.

δ (-os) semel in terminatione: Vat. 220, 1 dext. in fine lineae ANNδ |

ꝰS (-os) semel medio in verbo: Ambr. 172, 25 dextr. in fine lineae GRATISU‾ ‖

ꝶ (-ul) semel in medio verbo: Vat. 38, 9 dextr. in fine lineae.

N *vel* NT (-unt) passim: e. gr. Ambr. 55, 22 dextr. 173, 24 dextr. semper in fine lineae.

R (-ur) passim: e. gr. Vat. 223, 25 dextr. 250, 18 dextr. semper in fine lineae.

S (-us) passim: e. gr. Ambr. 49, 6 dextr. Vat. 254, 19 sin. etiam media in linea: Vat. 217, 2 dextr.

In syllaba -ens bis litteram n omisit librarius signo posito:

FUGIE˜S Vat. 236, 8 sin. UEHEME˜S Ambr. 194, 15 sin.

Has syllabas per notam scripsit amanuensis:

B· (-bus) non solum in dativi vel ablativi terminationibus, sed etiam in verbo *tribus*; e. gr. Vat. 171, 22 dextr.

Q· (que, quae).

Punctum post has notas sollemne est; etiam post signa numerorum ponitur. Semel

N· *pro* -num adhibitum est: Vat. 51, 2 sin. media in linea in verbo *tribunum*.

Haec verba per notas scripta sunt:

Praenomina exceptis: Appius, Aulus, Decimus, Manius, Sextus, Tiberius. Tiberius semel (Ambr. 37, 2) per notam TEB· scriptus est. Cetera praenomina aut per notas scribuntur aut perscribuntur.

COS· *i. e.* consules Vat. 129, 7 dextr. 182, 4 sin. Ambr. 120, 1 dextr.; semel CONS· Ambr. 167, 12 dextr.

H·D· *i. e.* hic deest (semel: de hoc loco vid. p. XII).

IUD· *i. e.* iudices *et casus obl*; hoc verbum etiam perscribitur.

LIB· *i. e.* libro (semel cum numero: Ambr. 187, 24 sin.); hoc verbum ceteris locis perscribitur.

PL· *i. e.* plebis; TR· PL· tribunus plebis; etiam post *tribunatus*.

P· *i. e.* publicus: res p.; etiam pecunia p. (semel: Ambr. 415, 18 sin.).

P· C· *i. e.* patres conscripti.

R· *i. e.* Romanus *post* populus, eques, civis; hoc verbum etiam perscribitur.

S· C· *i. e.* senatus consultum.

Hic addendi sunt duo loci:

Cl· = Clodius; haec nota scribitur in Ambr. 16, 8 sin. in fine lineae octodecim litterarum.

q = quam in Vat. 133, 19 sin. in fine lineae viginti litterarum.

Verisimillimum mihi videtur librarium ob eam rem hic verba abbreviasse, quia modum XXI litterarum excedere nolebat.

Denique duo loci exstant, quibus librarius extra lineas litteram K addidit. Hoc signo novam lineam incipere amanuenses demonstrare voluisse Traubius[1]) multis exemplis allatis probavit. Adiectum est in Vat. 226, 18 dextr. (= edit. 65, 8), ubi lemma incipit excedente littera G modum lineae; praeterea 218 inter lin. 5 et 6 dextras (= edit. 67, 3. 4. 5): **SEQUITURINTERMORTU | ΔECONTIONES-quaSSuS |**. Atque has notas ex manuscripto, ex quo descriptus est codex etiam ipsas desumptas esse minime dubium videtur. Etenim priore loco iuxta illam litteram G, qua initium lemmatis aperte significatum est a librario, K plane superfluum est; altero loco, quid sibi velit, non perspicere possum, nisi amanuensis demonstrare voluit a verbo *intermortuae* novum lemma incipere. Tamen plurimis locis librarius principium verborum Ciceronianorum non indicat. Iam etiam illis locis K illud adicere oportebat, si his rebus corrigendis omnino opera data esset; restat igitur, ut has notas ex antiquiore exemplari desumptas esse statuamus.

De interpunctione a librario adhibita certa regula statui non potest. Lemmata a scholiis interdum puncto

1) *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde XXVII, p. 270 sqq.*

spatioque vacuo secernuntur, interdum spatio puncto omisso, interdum omnino non seiunguntur. Saepius etiam ita verba Ciceronis significantur, ut prima littera spatium lineae excedat. Praeterea vestigia interpunctionis apparent inter enuntiata singula scholiorum vel lemmatum positae Vat. 236, 23 sin. (= edit. p. 61, 7). 236, 10 dextr. (= edit. p. 61, 11). 235, 6 sin. (= edit. p. 61, 19). 233, 13 dextr. (= edit. p. 64, 4). 226, 6 dextr. (= edit. 65, 3)[1]). 218, 6 sin. (= edit. p. 66, 15).

Graeca fere omnia non atramento ut latina, sed minio scripta sunt; item tres primi versus prooemii orationum omnium. Haec igitur cum per se difficile sit legere, tinctura a Maio adhibita ita corrupta sunt, ut omnino perspici nequeant.

Tituli orationum et in subscriptionibus exstiterunt et in margine superiore orationum scripti sunt minore scriptura. Atque ita divisi sunt, ut prior pars in sinistra, posterior in dextra pagina exarata sit: *e. g.* PRO — PLANCIO; CUM SENATUI — GRATIAS EGIT; DE AERE ALIENO — MILONIS similiter. Incuria librarii in quibusdam paginis titulus desideratur. Si commentarius in eadem pagina incipit, in qua praecedentis orationis confectus est, in margine superiore titulus plerumque sequentis exstat.

Correctores nactus est codex ipsum librarium et in Miloniana alterum, de quo postea dicemus. Librarius ita correxit, ut litteras omissas paulo minore scriptura super textum adderet vel falso scriptas aut expungeret aut lineolis perductis deleret aut utroque modo aut omnino non extingueret. Puncta illa aut supra litteram posita sunt aut inter litterae partes aut inter litteram falsam et sequentem *e. g.* Vat. 26, 16 sin. (= edit. p. 117, 5) ALI·IBI = alibi; Ambr. 12, 12 sin. (= edit. p. 29, 9) TUISSET·CLODIU. Verum si poterat librarius, litteram cor-

1) Nisi hic verba *orator* et *inferam* inter se seiunguntur a librario, ne *oratori* legatur.

rigendam non delevit, sed rectam illi inscripsit, *e g.* ꞩ ꞩ ꞩ. Semel signo ·· usus est: Vat. 34, 7 sin. (edit. p. 99, 9) ꝺЄCЄ-ꝺЄ·|RЄT = deceret. Semel signum ' adhibuit: Ambr. 174, 8 dextr. (*vid. ad* edit. p. 133, 8) ЄORU¯|QUIB·FUЄRANT hOSTIꞮI'|INCURSIONЄUЄXATIAꝺ|FUITIGITURCAЄSAR'QUЄ|Verba QUIB· usque ad CAЄSAR ex prioribus errore repetita sunt: post verbum CAЄSAR signum ' iure posuit librarius; alterum signum falso post hOSTIꞮI positum est, cum post ЄORU¯ collocari debuerit. Neque tamen vitium grave videtur, cum hOSTIꞮI infra ЄORU¯ in fine lineae sequentis scriptum sit. Semel lineam, cuius oblitus erat, librarius in inferiore paginae margine minore scriptura addidit: Vat. 26, 13 sin. (*vid. ad* edit. p. 117, 3) scriptum est:

hꝺ

Q·ANChARIUS ЄT·C·QUIA. Infra lineam 25 eiusdem columnae leguntur verba: FANNIUSAUTЄMNONЄRATAꞮI -- et in margine hꝺ repetitum est. Denique amanuensis puncto vel supra litteram vel inter litteras posito duobus locis ordinem litterarum mutandum esse demonstravit: Vat. 47, 11 sin. (= edit. p. 93, 3) IṖSO *pro* PISO, Vat. 136, 24 sin. in fine (= edit. p. 82, 27): CI·A·|CЄRONЄ scriptum est.

Plane aliter se res habet in altero correctore quem C_2 nominavi. In commentario enim Milonianae nonnullae adnotationes ab eo non eadem scriptura, qua codex ipse exaratus est, sed semiuncialibus litteris scriptae additae sunt: Inveniuntur:

Vat. 236, 13, 14 dextr. (*vid. ad* edit. 61, 13) TIB·CONUOCATOSЄNA|TUꝺЄCRЄTUMЄSTCAЄꝺЄ¯. In margine C_2 scripsit: .. dinѵєnatu|caєd ....

Vat. 235, 24. 25 dextr. (*vid. ad* edit. 62, 6) verbum graecum ἀντεγκλήματος iam correctoris temporibus ita obscuratum erat, ut in margine q (= quaere) adderet.

Vat. 234, 3. 4 sin. (= edit. 62, 10 sq.) QUAЄЄTINSЄNATU AB|INIMICISꝺIXITIAMꝺЄ|. Incipiens supra verbum AB C_2 in margine addidit abinimiciѵ ѵaepeiAc|ταταѵunτ|namquod|.

Vat. 234, 6. 7 sin. (= edit. 62, 11) TORITATЄMMAꞮAЄUO|ꞮЄNTIAЄЄTQUOꝺAꝺꝺI|. Incipiens supra verbum MAꞮAЄ

C_2 in margine addidit: **cuiporeVτpr͞opτerVimulτaτeV |in-εVVεVτu|dium|.**

Vat. 234, 14 sin. (= edit. 62, 16) *C* **GRAUATUR** habet; C_2 supra **TU** addidit: **ba.**

Vat. 233, 3 dextr. (= edit. 63, 17) C_2 supra verbum REGEM a *C* scriptum **hoVτilium** addidit.

Vat. 226, 21 sin. (= edit. 64, 19) C_2 supra verbum IN addidit **id.**

Vat. 226, 2. 3 dextr. (= edit. 65, 1 sq.) *C* habet: ET **IPSIQUAMUISALIQUA͞|TUMLEUIETFABULOSO.** C_2 supra ET addidit: **quod**, antea iam C_1 correxerat: **LEUEETFABULOSUM.**

Vat. 226, 11 dextr. (= edit. 65, 5) **SEDQUI** C_2 **d** addidit, ut *quid* legeretur.

Vat. 226, 24 dextr. (= edit. 65, 11) in fine lineae *C* scripsit: **TRAhITq** Cum **q** contra morem suam *C* sine puncto scripsisset, C_2 uae addidit.

Vat. 224, 6 dextr. (= edit. 69, 4) erravit *C* ***id periculum*** pro ***in periculum*** scribens; C_2 **n** super **d** addito correxit.

Vat. 223, 1 sin. (= edit. 69, 14) C_2 in verbo CONITITUR a *C* scripto **n** duplicavit.

Vat. 223, 5 sin. (= edit. 69, 15) verbo NO|TAM a *C* scripto C_2 τa in fine lineae addidit, ut *notatam* legeretur.

Vat. 223, 8 sin. (= edit. 69, 16) *C* scripsit: FACIENDI CAUSAFACIENS. C_2 supra verbum FACIENS τenuV addidit neque vero quicquam correxit.

Vat. 214, 8 dextr. (= edit. 70, 20) *C* habet: CONUER|TEBATUR; C_2 litteris UER deletis pLecτe suprascripsit.

Vat. 214, 16 dextr. (= edit. 70, 23) *C* habet TAMUE|TUSTA; C_2 supra litteras UE en scripsit; hoc ego ante paucos annos vidi; in ultimo itinere non perspicere potui.

Vat. 214, 24 dextr. (= edit. 71, 3) in *C* scriptum est: ALTERUM; litteras TERUM C_2 delevit et ιud superscripsit.

Vat. 213, 22. 23 sin. (= edit. 71, 11) FACTUMUESIT in *C* exstat: deleto UE superscripsit C_2 **nε.**

Vat. 219, 1 sin. (= edit. 72, 18) verbum **VALuam** C_2 supra UOLUNT addidit.

Quaestio oritur, utrum has correcturas et adnotationes C_2 ex alio vel eodem atque C manuscripto desumpserit an meris coniecturis nisus textui a C constituto adscripserit. Ad hanc solvendam imprimis loco Vat. 214, 24 adiuvamur. Ibi enim ad § 15 Milonianae adnotat C *alterum* praeiudicium Ciceronem discutere ab adversariis prolatum, rogationem Pompeianam scilicet, C_2 voce *alterum* deleta *aliud* suprascripsit. Iam elucet C_2 non duo praeiudicia in Miloniana distinguere, sed plura: addi potest plura quam tria; nam si de tribus cogitaret, non *aliud*, sed *tertium* C_2 correxisset. De tribus autem rebus Cicero, antequam ad ipsam enarrationem venit, disserit: contenderunt adversarii Milonis fas non esse homini, qui hominem necavisset, vivere; praeterea senatus consulto iam damnatum eum esse; denique Pompeium ipsum de causa rogatione sua contra Milonem iudicavisse. Itaque patet recte illud *alterum* C posuisse; *aliud* vero quomodo intellegatur explicari non posse. Neque enim, quod accusatores negaverant Milonem vivere posse, quia hominem occiderat, id *praeiudicium* scholiasta appellare potuit. Quid *praeiudicium* sit, scholiasta expressis verbis non dicit, tamen ex verbis eius in commentarii ad orationem in Clodium et Curionem scripti praefatione (20, 12 sqq.) evincitur accusationem ipsam *praeiudicium* eum non appellare. Iam afferam, si necesse est, duos locos Quintiliani, quorum altero, quid sit praeiudicium, enarratur, altero hanc accusationis partem ab illo inter *praeiudicia* non numerari apparet. V, 2, 1. *Praeiudiciorum vis omnis tribus in generibus versatur: rebus, quae aliquando ex paribus causis sunt iudicata, quae exempla rectius dicuntur . . . iudiciis ad ipsam causam pertinentibus . ., qualia in Oppianicum facta dicuntur et a senatu adversus Milonem: aut cum de eadem causa pronuntiatum est.* IV, 2, 25 . . *nisi forte M. Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Milone scriptam reliquit, male distulisse narrationem videtur tribus praepositis quaestionibus: aut profuisset exponere, quo modo insidias Miloni fecisset Clodius, si reum, qui a se homi-*

nem occisum fateretur, defendi omnino fas non fuisset, aut si iam praeiudicio senatus damnatus esset Milo, aut si Cn. Pompeius . . . . tamquam adversus ei timeretur. Neque scholiasta ipse primam accusationis partem verbo *praeiudicii* 63, 6 denotat. His ratiocinationibus iam demonstravisse mihi videor illud *aliud* a C_2 coniectura inventum esse. Idem evincitur et Vat. 223, 1 et 223, 8. Etenim alterum *N* in verbo *coniti* plane a priorum temporum usu abhorrere Ritschelius[1]) demonstravit: ne in commentario quidem Bobiensi umquam duobus *N* scribitur. Altero loco verbum omnino non a scholiasta usurpatum *tenus* C_2 ita lineae inseruit, ut homines docti quid eo facerent nescirent. Scholiasta illo loco hoc tantum dicere voluit SC illo factum ipsum damnatum, quod aliquid per vim commissum sit, non Milonem. C_2 cum quid verbo *faciens* falso post *faciendi causa* posito faceret nesciret, mera coniectura nisus *tenus* suprascripsit, quod neque Maius neque Orellius, cum ab librario codicis verbum scriptum crederent, interpretari potuerunt. Id autem verbum errore librarii ex *faciendi* iteratum esse manifestum est. Itaque cum iam demonstratum sit C_2 non ex alio manuscripto scholiorum textum emendavisse, eius correcturae pluris aestimandae non sunt eis coniecturis, quibus viri docti nostrorum temporum scholia locupletaverunt, nisi quod consentaneum est hunc correctorem Milonianae commentarium integrum legisse, id quod et verbo *nam* in adnotatione eius ad Vat. 234, 3. 4 facta et eo elucet, quod locis, quibus hodie folia amissa sunt, nihil animadvertit. Atque hoc etiam confirmatur conputatione temporis facta. Non multum spatii nobis relictum esse eo evincitur, quia, ut postea videbimus, scholia ipsa saeculo V scripta sunt, aetas scripturae concilii ad saeculum VII extremum vel VIII spectat. Itaque, cum ipse parum peritus in temporibus litterarum definiendis essem, Traubium per litteras adii, ut me sua scientia adiuvaret.

1) *opusc. II, 449.*

Hic mihi benignissime respondit se, quamquam semiunciales litterae simillimae eis sint, quae posterioribus temporibus scribantur, tamen ex quibusdam parvulis differentiis concludere de litteris in Italia saec. VI scriptis agi. Restat, ut quaeramus, cur C_2 Milonianae tantum initium correxerit: quam quaestionem, cum nemo solvere possit, lectorem aliquem codicis textui coniecturas apposuisse opinor.

De aetate codicis scholiorum viri docti inter se dissentiunt. Omnes enim, qui post Maium de eis scripserunt, VI saeculo eum exaratum putant, Bond vero et Thompson, quibus Ehrle assentitur, V saeculo scholia attribuunt. Atque textu ipso ad quaestionem solvendam nihil adiuvamur. De locis ad archetypum pertinentibus infra[1]) dicam: nunc exponendum puto, qua ratione utatur librarius in syllabis dividendis; quare haec exempla afferam:

c|t: fac|tos Vat. 172, 22 dextr. affec|tuim Ambr. 185, 17 dextr. induc|tionem Ambr. 186, 9 sin. pac|ti Vat. 259, 12 dextr. auc|tore Ambr. 167, 10 dextr.

g|n: mag|nis Vat. 161, 12 sin. ig|noramus Ambr. 126, 22 dextr. cog|nomentum Ambr. 118, 14 sin.

n|s: reprehen|sio Ambr. 317, 20 sin. cen|sore Ambr. 131, 5 sin.

p|s: ip|se Ambr. 39, 15 dextr.

p|t: sup|tilitati Ambr. 177, 13 sin. inscrip|tam Ambr. 192, 5 sin.

s|c: res|culpit Ambr. 10, 7 dextr. pros|cidit Vat. 261, 8 dextr. ses|centas Vat. 51, 2 sin. os|cillare Ambr. 169, 14 dextr.

s|p: res|pondit Ambr. 1, 10 sin. as|piritate Ambr. 1, 21 sin. des|pesisse Vat. 53, 15 sin.

s|t: tes|tis Ambr. 46, 2 sin. ins|tauratum Ambr. 16, 1 sin. res|titui Vat. 136, 19 dextr. ins|tituerat Vat. 136, 7 sin. quaes|toria Ambr. 4, 23 dextr. *contra* quæ|STUS Ambr. 183, 16 dextr.

---

1) p. XXIII.

x *ad secundam syllabam trahitur:* ma|ximarum Ambr. 40, 9 sin. ma|xime Ambr. 38, 13 sin. se|xagensimum Ambr. 120, 9 dextr. *Semel tantum cum priore syllaba coniunctum invenitur in praepositione:* ex|oratus Vat. 170, 11 dextr.

Ex coniunctionibus trium consonantium haec exempla afferantur:

bs|c: obs|curius Ambr. 160, 18 sin. obs|curata Vat. 252, 7 sin.

mp|s: sump|serit Vat. 43, 2 dextr. contemp|sisse Vat. 53, 5 sin.

mp|t: emp|tae Vat. 178, 21 sin.

nc|t: func|tus Ambr. 41, 12 sin.

n|cr: con|crepuerit Ambr. 49, 20 dextr. CO⁻|CRETUM Ambr. 54, 16 dextr.

ns|c: cons|cientiam Ambr. 40, 23 sin. ins|cribitur Vat. 229, 6 dextr. cons|cium Vat. 42, 19 sin. *contra semel scriptum est* con|scientia Vat. 262, 3 dextr.

ns|g: trans|geritur Vat. 221, 2 dextr.

ns|p: cons|piratio Vat. 134, 15 dextr. cons|piratione Ambr. 153, 22 dextr. cons|piratae Vat. 31, 18 dextr. *contra* CO⁻|SPIRATIONE Vat. 224, 10 sin. CO⁻|SPIRATA Vat. 129, 14 dextr.

ns|t: cons|tituendum Vat. 217, 15 sin. cons|tat Vat. 42, 22 dextr. cons|tantissime Vat. 17, 22 dextr. cons|tituat Ambr. 186, 1 dextr. ins|tinctum Ambr. 409, 11 dextr. *contra* CO⁻|STANTIAE Vat. 212, 18 sin. CO⁻|STERNATUS Vat. 235, 18 sin. CO⁻|STITUTA Ambr. 33, 13 sin.

s|cr: pros|cripserat Ambr. 183, 18 sin. pros|cribebantur Vat. 169, 23 dextr.

s|tr: inlus|tribus Ambr. 36, 20 sin. inlus|trat Vat. 35, 8 sin. magis|tratus Ambr. 188, 7 sin. nos|tri Ambr. 47, 10 sin. praes|tructio Vat. 216, 6 sin. subminis|trari Vat. 271, 21 dextr. *contra* PRĀ|STRUERE Vat. 215, 6 dextr.

Etiam quattuor consonantium exempla praebet codex haec:

b|scr: sub|scribserat Vat. 253, 6 sin. sub|scriptoris Vat. 261, 14 sin.

d|scr: ad|scribtum Ambr. 119, 6 sin.
ds|cr: ads|cripsi Ambr. 122, 19 sin.
ns|cr: cons|cribtos Vat. 257, 1 dextr.
ns|tr: demons|trat Vat. 36, 6 sin. ins|trumentum Vat. 273, 13 sin. mons|tri Ambr. 36, 15 sin. *contra* CO⁻|STRICTA Vat. 244, 7 dextr. ÐEMO⁻|STRATIUAE Vat. 231, 5 sin.

His exemplis plane evinci credo librarium omnino non Prisciani[1]) doctrinam a graecis manuscriptis derivatam sequi, sed priorum temporum consuetudinem. Etenim paene omnibus locis, quibus dissensit ab ea, vel contignatione vel vi praepositionis adductus est, ut illam neglegeret.

Atque cum iam syllabarum partitione ad V saeculum relegemur, verisimillimum fit hoc tempore codicem exaratum esse et toto habitu et forma litterarum, quibus manuscripta Livii[2]) et Plinii[3]) simillima sunt et ipsa saeculo V scripta. Itaque ipse cum Traubio etiam hunc codicem V saeculo exaratum puto.

His constitutis iam, quid de librario et de illo exemplari, ex quo scholia descripsit, enucleari possit, videamus. Ac primum quidem concedendum est librarium, qui exemplar quod tenemus scripsit neglegentissime opus suum perfecisse. Neque enim solum multis locis, quid in archetypo fuerit, non accurate perscrutatus est, sed etiam ipse vel sequentibus vel antecedentibus litteris deceptus alia verba in scribendo omisit aut plane corrupit, alia iteravit. Pauca exempla afferam: 9, 29 *temporibus* post *superioribus* omissum est; 12, 12 *cuius* post *Antonius* deest; 27, 23 post *crediderunt* certum est multa verba excidisse; 40, 11 post *quo* mihi nonnulla verba praetermissa esse videntur; 69, 1 a priore *qui* ad alterum transsiluit amanuensis; item 85, 14 deceptus est similitudine verborum *pararet* et *parceret*;

1) *lib. II, cap. I. II.*
2) *Vid. Paleographical society etc. plate 183.*
3) *Vid. Chatelain, paléographie des classiques latins pl. CXXXVI*

89, 7 syllabas *que* et *so* in unum verbum contraxit; his tribus locis totum enuntiatum non descriptum est. Corrupit librarius verba ita, ut partem omitteret: 99, 19 sentia *pro* sententia; 106, 23 nobilibus *pro* notabilibus; 113, 10 plus *pro* pulsus; 121, 29 nem *pro* neminem; 123, 15 copiossimam *pro* copiosissimam; 127, 16 horibus *pro* honoribus; etiam in duobus verbis idem factum est; 78, 18 cruentissimetiones *pro* cruentissimae dimicationes; 107, 2 sedulitates *pro* sed utilitates; saepe praecedentia verba librarius cum sequentibus confudit vel sequentia cum praecedentibus; 24, 13 indicuntur *ante* induci, 33, 6 adiurationem *post* adfectent, 68, 13 conspiraret *post* conspiratione *pro* postularent, 89, 9 uecultius *post* uero, 142, 25 fortunae *post* fortunae *pro* pecuniae, 143, 17 possimus *post* potest *pro* velimus. Quibusdam locis amanuensis singula aut plura verba iteravit ut 105, 26. 125, 21. 27. 133, 8. 136, 3. 141, 15. 142, 29. 147, 1. Sed quamquam dubitari nequit, quin librarius neglegentissime in codice describendo versatus sit, tamen corruptelae plures sunt, quam ut sola incuria amanuensis explicentur. Ac primum quidem paene innumeris locis litteram *m* scribendo vel omisit vel falso adiecit: a *pro* am exstat: 28, 27. 30, 14. 68, 7. 82, 14. 93, 22. 103, 20. 104, 1. 125, 7. 126, 17. am *pro* a: 8, 22. 9, 20. 12, 2. 27, 20. 32, 4. 37, 1. 48, 28. 54, 4. 10. 75, 28. 84, 2. 88, 20. 90, 6. 97, 8. 106, 9. 110, 17. 145, 26. 147, 6. 152, 5. 158, 1. multo saepius e *et* em inter se confunduntur, rarius u *et* um. Hoc eo explicari, quod in exemplari, quo amanuensis usus est, *m* illud omissum vel falso adiectum lineola significatum erat, manifestum est. Universam terminationem etiam puncto tantum notatam fuisse verisimile eo fit, quod in *C* TRIBUN· exstat; itaque his duobus modis codicem illum usum esse puto. Etiam in littera *s* scribenda eum similiter egisse ei loci spondent, quibus *s* omissum vel falso additum est: 10, 4. 37, 13. 75, 4. 81, 9. 82, 4. 89, 1. 96, 17. 102, 25. 118, 26. 125, 20. 126, 3. 127, 2. 145, 16. 147, 18. 160, 14. 162, 7. 26; 18, 20. 47, 15. 74, 17. 83, 21. 124, 13. 21. 125, 20. In hac quoque littera *C* exemplum exhibere

videtur eiusdem rationis, qua librarius pristini illius manuscripti usus est: 120, 3 *ipsi* scriptum est, cui *s* parvum adscripsit; si talia in illo exemplari inerant, facilius intellegitur etiam *m* et *s* inter se confusa esse 35, 18. 59, 25. 79, 15. 106, 20; 122, 3. 151, 14, nisi syllabae *um* et *us* per notas scriptae erant.[1]) Litteram *n* non solum in fine verborum, sed etiam medio in verbo lineola expressam fuisse spondent loci 22, 16. 29, 23. 79, 24. 93, 10. 95, 23. 103, 18. 146, 24. 152, 11, quibus *n* omissum est et 22, 4. 24, 26. 41, 25. 42, 3. 48, 24. 102, 20. 111, 13. 116, 3. 117, 20, quibus abundat. Praeterea pronomina plane ut in *C* abbreviata fuisse 70, 23 demonstratur, ubi *cum Quinto* pro *cumque* scriptum est, praeterea 103, 28 (*quae* pro *Q.*), 133, 17 (*neque* pro *in Q.*), 159, 25 (*quem* pro *Q.*). Antequam ad alias notas accedam, hoc explicandum puto, codicem illum, in quo scholia Ciceroniana inerant, litteris uncialibus scriptum fuisse. Hoc mihi quidem corruptelis evinci videtur, imprimis 104, 17, ubi *in invidiam* pro *in vincla* habet *C* et 112, 5. 6., ubi pro *ad Antiochum* scriptum est *aclantiodum*; etenim *d* facillime in uncialibus litteris cum *cl* confunditur, in capitalibus hoc fieri quasi non potest. Tamen, quamquam hoc certum puto, dubitanter alias notas, quas in illo codice extitisse arbitror, proferam: etenim quibusdam locis corruptelae, nisi verba per compendia scripta esse credimus, explicari posse non videntur; librarium vero, qui *C* conscripsit, notarum peritum fuisse evincitur 61, 10. In antiquo exemplari enim fuit ΔP·, quod $\overline{\Delta P}$· legit et *aput* descripsit, postea correxit. Iam singulos locos videamus: 68, 12 *qui* pro *cum* scriptum est, quod quomodo ortum sit, neminem intellegere puto, nisi notas $\overset{i}{\text{q}}$ et C' inter se confusas esse conicimus. 84, 1 *non* pro *nunc* exaratum est: $\overline{\text{N}}$ pro $\overset{c}{\text{N}}$. 163, 7 *quiaeloquipila*. Mitto, quod in litteris *aelo* reliquiae tantum

1) hoc verisimile fit corruptela 130, 2 ΔDTULLIUM pro ΔDTULIMUS, quam ex ΔDTULIM' ortam puto.

verbi *alveolo* latent; hoc dico neminem illud *qui* pro *quantum* librarium scripsisse concessurum, nisi compendia qꝛ in pristino illo exemplari fuerunt, quae falso interpretatus est. Accedunt 52, 24 *prodere* pro *perdere* (ꝑ pro ꝑ). 54, 11 *praeditum* pro *perditum* (ꝑ̀ pro ꝑ). Haec constare inter omnes mihi videor; cetera verisimilia esse: 59, 28 *vero ut* pro *verum* (ū̊ū pro ūū). 70, 23 *tam* pro *tamen* (TAM̄) *cf.* 84, 1. 80, 14 *necesse est* pro *ne esset* (N'ĒĒEST pro NEĒĒT). 80, 21 *posuit* pro *positis* (POSIT·). 100, 20 *quodam* pro *quodammodo* (quODAM pro quODAMM̊). 126, 24 *praecipaliter* pro *principaliter* (P̀ pro P̍).

His quamquam alia addere possum, tamen satis iam ad meam sententiam illustrandam attuli. Neque vero hoc neglegendum arbitror verisimillimum esse illum pristinum codicem non perspicue et clare scriptum fuisse, cum non solum in graecis verbis sed etiam in latinis librarius codicis Bobiensis tantopere erraverit, ut id semper eius neglegentia factum esse credi nequeat. Unum exemplum pro multis afferam: 115, 8 *prohabere* pro simplicissimo verbo a scholiasta in quavis pagina usitato *probare* scriptum est; hoc correctura in illo codice facta ortum esse patet.

Sed transeamus ad tempus illius codicis definiendum: percommode enim accidit, quod librarius codicis summa diligentia quantum potuit scholia descripsit: ita enim etiam notas in antiquo illo exemplari ad magistratus significandos adhibitas nobis servavit. Sunt hae: *cos.* 82, 12. 125, 19. 159, 1. *cons.* 146, 21. Iam scimus[1]) notam *cos.* post saeculum quartum neque in titulis neque in manuscriptis inveniri, ipso saeculo quarto perraro, primo, secundo, tertio saepissime. Notam *cons.* vero aetate Diocletiana ita geminatam esse constat, ut postea *cons.* unum, *conss.* duo consules significet. Itaque his notis evincitur archetypum

---

1) *Rossi, inscr. christ. praef. XXIII. Sitzungsberichte der Berliner Akademie der Wissenschaften 1868, p. 158. Anm. (Mommsen).*

illum tertio saeculo ad finem vergente vel maxime quarto saeculo ineunte scriptum esse. Atque cum demonstratum sit[1]) commentarii indolem et doctrinam quarti saeculi usum indicare, verisimillimum est in illo exemplari, quo librarius codicis Bobiensis usus est, primum scholia, quae nobis praesto sunt, conscripta fuisse.

Ex exemplari Bobiensi scholiorum nobis servata sunt XXXXVIII folia et VI dimidia; horum XX folia et III dimidia Mediolanum, XXVIII et III dimidia Romam lata sunt. Maxima eorum pars ita rescripta est, ut in versa pagina scholiorum recta concilii exhiberetur; nonnulla eorum foliorum, quae Mediolani asservantur, librarius non invertit: haec in tabula quae sequitur asterisco significavi. Animadvertendum praeterea est nihil interesse, quo modo folia ipsa flexa sint (e. g. utrum 35. 36⌣45. 46. an 45. 46⌣35. 36.), cum hoc factum sit prout librario opus fuit, qui descriptionem concilii commentario Ciceronis imposuit. Neque id hodie Romae perspici potest, cum unumquodque folium charta tenta circumdetur. Consentaneum vero est in iis foliis, quibus inversis monachus usus est, maiorem numerum praecedere minori, quia numerus ipse libri est descriptionem concilii continentis. At in exemplari Ambrosiano duae series numerorum sunt: una arabica plane ut in Vaticano paginas descriptionis concilii significans, altera Romana: haec rectum ordinem scholiorum sive casu sive conputatione facta inventum significat. Quam quis adiecerit, mihi quidem dubium videtur, cum Maius ipse numerorum ordinem non sequatur, verum orationem Sullanam in pagina I incipientem post orationes in Clodium et Curionem in pagina VI, de aere alieno Milonis in pagina LXVIII, de rege Alexandrino in pagina XXXIII, pro Archia in pagina LXXIX incipientes in omnibus editionibus ponat. Itaque in fragmentis Ambrosianis iuxta numeros arabicos Romanos, qui easdem paginas significant, apposui.

1) *Cf. dissert. meae cap. III.*

Numeri codicis Ambrosiani hi sunt:

1. 2⌣15. 16.*	XXI. XXII⌣XXVI. XXVII.
3. 4⌣13. 14.*	XIX. XX⌣XXIX. XXX.
5. 6⌣11. 12.*	XVII. XVIII⌣XXXI. XXXII.
7. 8⌣9. 10.*	XXIII. XXIIII⌣XXV. XXVI.
33. 34⌣47. 48.*	V. VI⌣XI. XII.
35. 36⌣45. 46.*	XV. XVI⌣I. II.
37. 38⌣43. 44.*	IX. X⌣VII. VIII.
39. 40⌣41. 42.*	III. IV⌣XIII. XIV.
49. 50⌣51. 52.*	XXXIII. XXXIV⌣XXXV. XXXVI.
117. 118⌣131. 132.	LXXXVI. LXXXV⌣LXXXIV. LXXXIII.
119. 120⌣ - -	LXXX. LXXIX.
121. 122⌣ - -	LXXVIII. LXXVII.
125. 126⌣ - -	LXXXII. LXXXI.
139. 140⌣141. 142.	L. XIL⌣XLIII. XLIII.
153. 154⌣159. 160.*	LIII. LIIII⌣LV. LVI.
167. 168⌣177. 178.	LXII. LXI⌣LXIIII. LXIII.
169. 170⌣175. 176.*	XLI. XLII⌣LI. LII.
171. 172⌣173. 174.	XLVI. XLV⌣XLVIII. XLVII.
183. 184⌣193. 194.	LXXIIII. LXXIII⌣LXXII. LXXI.
185. 186⌣191. 192.	LX. LIX⌣LXVI. LXV.
187. 188⌣189. 190.	LVIII. LVII⌣LXVIII. LXVII.
315. 316⌣317. 318.	LXX. LXIX⌣LXXVI. LXXV.
409. 410⌣415. 416.	XXXVIII. XXXVII⌣XL. XXXVIIII.

Paginae 142. 170. a librario concilii non inscriptae sunt.

Numeri codicis Vaticani sunt hi:

17. 18⌣27. 28.	49. 50⌣ - -
19. 20⌣25. 26.	51. 52⌣ - -
21. 22⌣23. 24.	53. 54⌣55. 56.
31. 32⌣45. 46.	129. 130⌣139. 140.
33. 34⌣43. 44.	133. 134⌣135. 136.
35. 36⌣41. 42.	161. 162⌣171. 172.
37. 38⌣39. 40.	163. 164⌣169. 170.
47. 48⌣ - -	181. 182⌣183. 184.[1])

1) Haec series a Maio 177. 178⌣187. 188. nominabatur, ab Ehrle l. l. recte numerata est.

211. 212⌣225. 226.
213. 214⌣223. 224.
215. 216⌣221. 222.
217. 218⌣219. 220.
229. 230⌣239. 240.
231. 232⌣237. 238.
233. 234⌣235. 236.
243. 244⌣257. 258.
245. 246⌣255. 256.
247. 248⌣253. 254.
249. 250⌣251. 252.
259. 260⌣273. 274.
261. 262⌣271. 272.
263. 264⌣269. 270.
265. 266⌣267. 268.

Numeri quaternionum nobis servati in codice Ambrosiano leguntur:

in pagina 52: XLVIII.
- - 160: LXVIIII.
- - 176: LXV ..., quod debet esse LXVIII.
- - 189: LX., quod debet esse LXX.

in codice Vaticano:

in pagina 251: LIII.
- - 267: LIIII.
- - 239: L., quod debet esse LV.
- - 211: LVIII.
- - 139: LXII.
- - 55: LXIII.
- - 43: LXIIII.
- - 23: LXVI.
- - 183: LXVII.

Subscriptiones orationum, quae hodie leguntur, hae sunt:

in codicis Ambrosiani pag. 6, lin. 23 sin.: INC. IN P. CLAUDIU⁻ in lineis 20. 21. 22. 24. 25. nihil legitur.

in codicis Vaticani pag. 229, lin. 20 sin.: PRO FLACCO EXP. lin. 21 vacua est; lin. 22: INCIPIT CUM lin. 23 vacua est; lin. 24 SENATUI GRATIAS EGIT. lin. 25 vacua est.

in codicis Vaticani pag. 232, lin. 19 sin.: CUM POPULO supra lin. 17 signo finiti commentarii orationis praecedentis iterato occupata est, in lin. 18 nihil legitur; infra in lin. 20 ad 25 nihil legitur.

in codicis Vaticani pag. 129, lin. 16 sin. PRO MILONE

lin. 19: EXP. INCIPIT lin. 22: PRO SESTIO lin. 14 signo finiti commentarii orationis praecedentis iterato occupata est; lin. 15, 17, 18, 20, 21, 23, 24, 25 vacuae sunt.

in codicis Vaticani pag. 23, lin. 11 dext.: EXPLICIT INCIPIT lin. 17: FELICITER lin. 19 signo subscriptionis finitae iterato occupata est; item lin. 4 signo commentarii finiti; in reliquis lineis nihil legitur.

in codicis Ambrosiani pag. 189, lin. 17 sin. in fine: INCIPIT lin. 12 signo commentarii finiti occupata est, in lin. 13 ad 16, initio 17, 18 ad 25 nihil legitur.

in codicis Ambrosiani pag. 121, lin. 18 dext.: EXPLICIT lin. 21: INCIPIT lin. 25: FELICITER lin. 17 signo commentarii finiti iterato occupata est; in reliquis lineis nihil legitur.

in codicis Ambrosiani pag. 117, lin. 24: E I I E, ita ut inter singulas litteras singularum litterarum spatium relinqueretur.

Omnes hae subscriptiones vel minio vel atramento vel partim minio partim atramento scriptae sunt; iam elucet in eis lineis, in quibus hodie nihil legitur, a librario minio scriptas litteras evanuisse. Atque hoc quidem constat, formulam sollemnem librarii fuisse compositam ex subscriptione orationis praecedentis et inscriptione sequentis, qualis exstitit servatis omnibus verbis duobus locis, incompleta tribus. In prima quam descripsi subscriptione verisimile est inscriptionem orationis in P. Clodium habitae subscriptionem Sullanae antecessisse, cum in tribus lineis, quae inscriptionem praecedunt, nihil cognosci possit. Contra certum videtur subscriptionem orationis in senatu habitae a librario omissam esse, cum spatium lineae 18 verbo INCIPIT tantum sufficiat supplendo. Verbum FELICITER in quibusdam subscriptionibus legitur. Ab omnibus subscriptionibus eam differre, quae in fine Archianae posita est, eo elucet, quod nonnullae litterae eiusdem verbi atramento, scilicet eae, quae adhuc leguntur, aliae minio scriptae sunt. Hoc verbum FELICITER fuisse patet. Praeterea vero spatium, in quo librarius verba formulae

scripsit, angustius videtur quam in aliis subscriptionibus; tres enim lineas complectitur. In his et subscriptio Archianae et inscriptio insequentis orationis fuisse non potest, nisi hoc loco plane aliis verborum spatiis atque in reliquis formulis librarium usum esse vis. Iam, cum in paginis, quae cum ultimis commentarii Archianae cohaerent, librarius commentarii nihil scripserit, id quod a more eius ne unam quidem paginam intermittentis plane differt, dubium non est, quin commentarius Archianae libri Bobiensis ultimus fuerit. Itaque cum finem commentarii nos tenere certum sit, non solum quis ordo orationum fuerit, perspicere, sed etiam quantus fuerit commentarius, conputare possumus. Atque primum quidem, quae singulae paginae complectantur ita enarrabo, ut numeros paginarum et linearum editionis meae numeris paginarum codicis apponam[1]):

Ambros. p. 45 continet p. 7, 1 *ad* 7, 22 periculum.
- - 46 - - 7, 22 *ad* 8, 20 opponi.
- - 39 - - 8, 21 *ad* 9, 9 praedamnatio.
- - 40 - - 9, 9 sit *ad* 10, 1 seve-
- - 33 - - 10, 1 rior *ad* 10, 24 depraecatus.*
- - 34 - - 10, 24 est *ad* 11, 14 consulem.
- - 43 - - 11, 15 *ad* 12, 6 ergo.
- - 44 - - 12, 6 se *ad* 12, 27 exemplis.
- - 37 - - 12, 27 maiorum *ad* 13, 21 illi.
- - 38 - - 13, 21 ad *ad* 14, 18 fratrem.
- - 47 - - 14, 18 propter *ad* 15, 7 si.
- - 48 - - 15, 7 eum *ad* 15, 29 Torquati.
- - 41 - - 15, 29 mutuatur *ad* 16, 18 osten-
- - 42 - - 16, 18 dens *ad* 17, 8 nobilis-
- - 35 - - 17, 8 simo *ad* 18, 1 ἀγανα-
- - 36 - - 18, 1 κτήcεωc *ad* 18, 23 veri-*
- - 5 - - 18, 25 conversus *ad* 19, 17 in-
- - 6 - - 19, 17 vidiam *ad* 20, 4 des-

1) *In tabula quae sequitur verbis a textu dissentientibus asteriscum apposui.*

Ambros.	p.	3	continet p.	20, 4 cendisse *ad* 20, 23 iudi-
-	-	4	-	- 20, 23 cium *ad* 21, 14 creber- rimis.
-	-	1	-	- 21, 14 eum *ad* 22, 7 invi-
-	-	2	-	- 22, 7 diae *ad* 22, 29 gestiret.
-	-	7	-	- 22, 30 *ad* 23, 23 elocutionem.
-	-	8	-	- 23, 24 *ad* 24, 14 sen-
-	-	9	-	- 24, 14 tentia *ad* 25, 7 opor-
-	-	10	-	- 25, 7 teat *ad* 25, 27 esse.
-	-	15	-	- 25, 27 id *ad* 26, 16 intro-
-	-	16	-	- 26, 16 ierat *ad* 27, 5 Pullio.
-	-	13	-	- 27, 5 et *ad* 27, 26 se.
-	-	14	-	- 27, 26 ferret *ad* 28, 15 testimo-
-	-	11	-	- 28, 15 nium *ad* 29, 4 se-
-	-	12	-	- 29, 4 natoribus *ad* 29, 24 iudicum.
-	-	49	-	- 29, 27 *ad* 30, 21 quidem.
-	-	50	-	- 30, 22 *ad* 31, 15 modo.
-	-	51	-	- 31, 17 *ad* 32, 6 vo-
-	-	52	-	- 32, 6 luntate *ad* 32, 26 caram.
Vaticani	-	256	-	- 33, 2 *ad* 33, 22 iudicaturi.
-	-	255	-	- 33, 23 *ad* 34, 13 iudicia-
-	-	254	-	- 34, 13 ria *ad* 35, 7 eorum.
-	-	253	-	- 35, 7 resculperet *ad* 35, 30 Lentulum.
-	-	248	-	- 36, 1 *ad* 36, 21 animadver- tendum.
-	-	247	-	- 36, 21 puto *ad* 37, 21 in-
-	-	246	-	- 37, 21 nocentiae *ad* 38, 17 haec.
-	-	245	-	- 38, 17 omnis *ad* 39, 9 dicen-
-	-	250	-	- 39, 12 *ad* 40, 4 sum-
-	-	249	-	- 40, 4 ma *ad* 40, 26 enim.
-	-	244	-	- 40, 26 parte *ad* 41, 19 faciebant.
-	-	243	-	- 41, 20 *ad* 42, 15 id.
-	-	274	-	- 42, 15 sutores *ad* 43, 8 quae.
-	-	273	-	- 43, 8 nec *ad* 44, 4 tabulas.
-	-	260	-	- 44, 6 neque *ad* 44, 25 totius.
-	-	259	-	- 44, 25 Asiae *ad* 45, 17 ante.

Vaticani p. 258 continet p. 45, 17 συγχώρηcιν *ad* 46, 8 Π*
- - 257 - - 46, 8 quod *ad* 47, 3 Fry-
- - 252 - - 47, 3 ce* *ad* 47, 22 vim.
- - 251 - - 47, 23 *ad* 48, 12 vincuntur.*
- - 266 - - 48, 13 *ad* 49, 4 frau-
Gloriose in hunc locum decurrit orator laudibus suis plurimis demeritis erga rem p. tribuens, quod tantis iam perfunctus periculis honeste posset ab omni labore requiescere, nisi animus patriae devotissimus nullo posset otio consenescere. Et hic, quantum mea opinio est, imitatus est C. Gracchum: sic enim et ille De legibus promulgatis, ut ipsius etiam verborum faciam mentionem, *Si vellem,* inquit, *aput vos verba facere et a vobis postulare, cum genere summo ortus essem et cum fratrem propter vos amisissem, nec quisquam de P. Africani et Tiberi Gracchi familia nisi ego et puer restaremus, ut pateremini hoc tempore me quiescere, ne a stirpe genus nostrum interiret et uti aliqua propago generis nostri reliqua esset, haud ⟨scio⟩, an lubentibus a vobis impetrassem.*

§ 28. Etenim, in qua civitate rem tantam gesserim, memini, in qua urbe verser, intellego. Plenum forum est eorum hominum, quos ego a vestris cervicibus depuli, iudices, a meis non removi.

... quidem in orationibus plurimis frequentata Ciceroni, qua velut divino quodam mentis instinctu imminentem sibi providebat invidiam et ex ea periculum, quod evenit. Verum mihi altius consideranti hanc omnem, quam localiter

15 Fragm. or. Rom. ed. Meyer² p. 234 sqq.

3 maxime *C* 4 *lac. 2 lin.* = *32 litt.* ἐκ τῶν ἀντιθέτων συλλογίζεται? 9 ⟨non⟩ *codd. Cic.* 11 plurimisque meritis *Frotscher* plurimis de meritis *Or* 21 interire *C* 23 ⟨scio⟩ *mo* 24 res tantas *codd. Cic.* 28 *lac. 4* + *1½ cm.* = *13 litt.* μαντεία *suppl. Halm* χρηςμολογία?

intulit ..., occurrit vehemens et ad causam P. Syllae salubriter pertinens virtus. Nam cum in praesenti exsecutione testetur extinctis iam plurimis hostibus patriae superesse tamen innumerabiles, qui sibi nocere votis ardentibus cupiant, hoc sine dubio relinquit iudicum tacitis cogitationibus, numquam se ad defendendum Syllam processurum fuisse, si eum vel tenui aliquo argumento sensisse cum hostibus rei p. suspicaretur, cui minuendus esset illius coniurationis numerus, ne plures in posterum sibi reservet inimicos.

Quod cum is tribunus pl. facit, qui unus videtur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, nemini mirum est; difficile est enim tacere, cum doleas. § 31.

Insectatur invidia maiore Torquatum et, cum sit ab illo ipse reprehensus quasi mutato proposito voluntatis, qui Catilinae oppresserit coniurationem, reis tamen eiusdem criminis patrocinetur, versa quodammodo vice ipsum Torquatum quasi defensorem coniurationis insimulat et dicit imitari eum tribunum pl., qui moleste poenas hostium publicorum ferat. Significat videlicet L. Calpurnium Bestiam sive — nam et hoc suspicari possumus — Q. Metellum Nepotem. Post quod exemplum ... in fine sententiam posuit, quod genus in Tullianis orationibus rarum est. *Difficile est,* inquit, *tacere, cum doleas.* Dolor enim quibusdam tormentis animi laborantis effusus ad inpatientiam vocis erumpit.

Qui filium suum vita privavit, ut in ceteros firmaret imperium. § 32.

De familia Torquati mutuatur exemplum, quo validius ad consensum redigeretur, puniendos ab re p. fuisse hostes intra moenia deprehensos, cum per contextum sui generis recordaretur extitisse, qui filium capite puniret. Et hoc

---

1 *lac. 3 cm.* = *7 litt.* παρασκευήν? 10 reseret *C* reservaret *mo, corr. St* 11 tribunus *codd. Cic.* tribunos *Cmo* 19 hominum *Cmo, corr. Or* 22 *lac. 4 cm.* = *10 litt.* ἀπὸ κοινοῦ *suppl. Zg* ἐπιφώνημα? 30 ad *C* a *mo, corr. St* 31 depraehensos *C* 32 recordatur *C* recordetur *mo, corr. St*

in loco Manlium significat, qui cum P. Decio functus est consulatum. Ex virtute cognomen Torquati habuit, quod uno de Gallis hostibus interfecto torquem sibi velut spolium superati hostis induerat. Ab hoc comperimus filium non ob aliquod criminosum, sed gloriosum et militare facinus interemptum, quod contra patris interdictum cum hoste quamvis feliciter dimicasset.

§ 34. Atque etiam illud addam, ne qui forte incipiat subito te amare, Torquate.

. . . ista dicit insidiosa quadam benignitate proscindens adversarium.

§ 36. Ab Allobrogibus nominatum Syllam esse dicis. Quis negat? Sed lege iudicium et vide, quemadmodum nominatus sit.

. . . facta ab indicio Allobrogum et . . . inlata propositione, ⟨ne⟩ sensio in contrarium vergeret, vigilantissime ἀπὸ τοῦ τρόπου ipsius indicii modum tractare adgressus est [et] ostendens quaesisse Gallos de L. Cassio Longino, quemadmodum Sylla esset animatus, et hoc eos fecisse, non quod de eius moribus et proposito voluntatis aliquid audissent, sed quod facta mentione P. Autronii, quem consortem fuisse praecedentis illius de ambitu damnationis audierant, existimassent aliquid etiam de coniuratione quaerendum. Deinde vincenter subicit responsum Cassi illud unum respondentis nihil se de P. Sylla scire pro certo. Ibidemque statim . . ., quod nos a pari dicimus, defensionem complectitur dicens huiusmodi responsum Cassi pro eo habendum, atque si negasset P. Syllam sceleris huius esse participem, quoniam is, qui de omnibus instructissimus fuerit, de hoc ideo nihil scierit, quod Sylla innocens esset.

---

1 est *del. St* 2 ⟨hic⟩ ex *mo* 10 *lac. 3+ 1½ cm. = 10 litt.* εἰρωνικῶς? quodam *C* 15 *lac. 4 cm. = 6 litt.* ἀφορμή? *lac. 4½ cm. = 10 litt.* γυμνῶς? 16 ⟨ne⟩ *Or* 17 18 est et ostendere *mo, corr. Zg* 20 quo *Cmo* 21 mentionem *C* 23 existimasse *C* 26 ibidemquae *C* *lac. 3½ cm. = 7 litt.* ἐξ ἴσου *suppl. Zg* 28 cassum *C* 30 scierit *Mai* scripsrit *Cmo*

Si respondisset idem sentire et secum facere Syllam.

... ad formam concessivam revocans argumentationem: etiamsi quaerentibus Gallis respondisset L. Cassius P. Syllam huius initi contra rem p. sceleris esse participem, valere non debuisse pro crimine, quando facile crederetur illum, quo spem robustiorem Gallis daret, de nobilissimo viro non dubitasse mentiri. Quae ... multum proficiet ad illud, quod negaverat Cassius se comperisse, quid animi Sylla haberet, ut tale genus responsionis absolute purgaverit innocentiam.

Nisi forte veri simile est P. Syllae nomen in memoria Cassio non fuisse. § 37.

... Verisimilia contrahit argumenta per qualitatem personae, quam generis nobilitas inlustrabat, ut se etiam non quaerenti Cassio potuerit offerre nec tamen aliquid ille se dixerit comperisse.

Sed ego in quaestionibus et indiciis non hoc quaerendum arbitror, num purgetur aliqui, sed num arguatur. § 39.

... et perquam exercitata respondendi facultate propositioni accusatoris occurrit non illud spectandum in indiciis, an defensus sit aliqui, sed an nominatus, quoniam videri possit etiam stulta defensio id quod non accusetur velle purgare.

Exclusus hac criminatione Torquatus rursus in me inruit, me accusat; ait me aliter ac dictum sit, in tabulas publicas rettulisse. O dii immortales! et relicum. § 40.

---

3 *lac. un. lin.* + $3^1/_2$ *cm.* = *24 litt.* ἀπὸ τοῦ ἐναντίου καθ' ὑπόθεcιν? 4 ⟨ait⟩ etiamsi *Halm* 5 initii *C* 8 *lac.* $4^1/_2$ *cm.* = *12 litt.* προκατάληψιc? 10 absolutae *C* 14 *lac.* $5^1/_2$ + *4 cm.* = *20 litt.* ἀπὸ τοῦ εἰκότοc τόποc? 16 efferre *Cmo, corr. Niebuhr* 17 CO⁻|PERISSE 18 in iudiciis et in quaestionibus *codd. Cic.* 21 *lac. 4 cm.* = *8 litt.* δυνατῶc? 22 exspectandum *Cmo, corr. St* 23 ALIQUI|SEDAN aliquis, an *Zg*

. . . iuxta dignitatem personae. Μετ' ἀγανακτήςεως κατὰ γένεςιν. In excessum locus totus effunditur cum indignatione vehementi. Fit enim coniectura incidens, an P. Syllae nomen subtraxerit Cicero et id egerit, ne in tabulas publicas referretur. Non debuit ergo humiliter et timide hanc defensionem, sed cum impetu flagrantissimae indignationis implere, quasi monstri simile sit in tanto consule aliquid potuisse fraudis existere. Hae sunt defensiones, quae in personis inlustribus quendam spiritum laudis imitantur.

§ 41. Institui senatores, qui omnia iudicum dicta,
§ 42. interrogata, responsa perscriberent. At quos viros! non solum summa fide, sed etiam, quos sciebam memoria, scientia, celeritate scribendi facillime quae dicerentur persequi posse.

Ad diluendam quaestionem, quae, ut diximus, incidens nata est, an falsum consul in tabulas publicas rettulerit, inferuntur haec exempla validissima, quod ad scribendum omne, quod iudices pronuntiarent, idoneos admoverit senatores. Et vigilanter duo illis praecipua et quae ad instrumentum fidei necessaria sunt adscribit: animi integritatem et velocitatem scribendi, ut fides non deceperit veritatem . . .

(Desunt XVI paginae.)

. . . conversus.

§ 91. O miserum, infelicem illum diem.

Oratorie deplorat etiam illud tempus, quo damnatus est ambitus crimine, ut in eo desinat invidiosus esse, in quo miserandus existimetur.

§ 92. Vos reiectione interposita nihil suspicantibus nobis repentini in nos iudices consedistis ab

---

1 *lac. un. lin.* + *1 cm* = *18 litt.* ἐκφώνηcις κατὰ δεῖνωcιν? iusta *C* ...‖ΚΤΗCЄѠCΚΔΤΔΓЄ...|CIN *altera lac. 4 cm.* = *16 litt., altera 1 cm.* = *2 litt. vestigia verborum suppl. perspiciuntur* 6 flagrantissime *C* 11 constitui *codd. Cic.* 12 ad *C* 20 duos *C* strumentum *Cm(sic!)o, corr. St* 21 adscribat *C* 23 **ИЄRI**‖ veritatem *mo* 26 miserum et infelicem *codd. Cic.* 27 oratoriae *C*

accusatoribus delecti ad spem acerbitatis et relicum.

Sensus quidem multae obscuritatis est; cuius intellectus sic aperietur: Per illud tempus, cum esset alius praeter Syllam reus, qui causam de vi lege Plautia diceret, omni labore conisus est L. Torquatus, ut ante iudicum reiectio fieret ad eam cognitionem, quae de illo quoque futura erat, qui huiusmodi reatu petebatur, et hoc nimirum eo consilio et calliditate perfecit, ut melioribus et iustioribus ad illam causam iudicibus electis, qui superessent inmitiores et asperi iudices, quique ab illorum numero fuissent reiecti, de P. Sylla iudicarent pro naturae suae videlicet asperitate hunc vel innocentem damnaturi. De reo metuens orator in orationis exitu praecavet et invigilat, ut iudicibus, quorum asperitatem metuit, incutiat verecundiam, priusquam ad ferendas sententias eant, ut metuentes invidiam nimiae duritiae, si reum poenae addixerint, iam pro illo sentire cogantur. Et ne hoc ipso tamen animos eorum laederet, communicavit fortunam temporis sui et consulatus, in quo et ipse contraxerat quasi nimis acerbae severitatis invidiam dicitque in commune omnibus consulendum, ut severitatem nimiam, quam temporis necessitate susceperunt, praesenti humanitate mitificent.

⟨PRO SYLLA EXPL.⟩
INC. IN P. CLAUDIU[M]

. . . aput Graecos . . . nominantur continentia ferme laudes et vituperationes. Non enim rei postulantur a Tullio vel C. Curio vel P. Clodius, sed quoniam habuerant in senatu quandam iurgiosam decertationem, visum Ciceroni est hanc orationem conscribere plenam sine dubio et

12 fuisse *C* 14 PRAECADET[?]T 21 quas *C* dicitquae *C* 26 *Haec est subscriptio in C; at supra paginas commentarii* IN P. CLODIUM ET CURIONEM *legitur* 27 *lac. 3 lin. = 48 litt. latt. lac. 2½ cm. + un. lin. = 20 litt.* ⟨huiusmodi genera orationum⟩ aput Graecos ⟨ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα⟩ *mo*

asperitatis et facetiarum, quibus mores utriusque proscindit et de singulorum vitiis quam potest acerbissime loquitur. Sed enim principium huius offensae fertur a P. Clodi reatu descendisse. Nam visus est in domo pontificis maximi C. Caesaris eiusdemque praetoris incestum fecisse cum eius uxore Pompeia [cum] eo tempore, quo per Vestales virgines et matronas honestissimas in operto Bonae Deae sacrificium viris omnibus inaccessum fiebat. Unde elabso tamen Clodio magna invidia percrebruit et infamia caerimoniarum, ut senatus decernere cogeretur omni diligentia consulum pervestigandum, si quod esset publicis religionibus inlatum flagitium. Accedebat huc etiam praeiudicium quoddam C. Caesaris ipsius pontificis, qui uxorem suam ilico repudiavit. Post quod reus de incesto factus est P. Clodius accusante L. Lentulo, defendente C. Curione patre. Nam tres illis temporibus Curiones inlustri nomine extiterunt atque in libris adhuc feruntur: Curio avus, qui Servium Fulvium incesti reum defendit, et hic C. Curio pater, qui P. Clodio adfuit, et tertius ille Curio tribunicius, qui bello civili Pompeiano in Africa periit, cum esset partium Caesaris, oppressus [est] ab equitibus Iubae regis. Sed hactenus de Curionibus dictum sit. Multum diuque habitis concertationibus ante iudicium P. Clodius a turbulenta multitudine, ne causam diceret, non sine impetu seditionis adiutus est auctore huius conspirationis Q. Fufio Caleno tribuno pl., cuius mentionem creberrimam Tullius in Filippicis orationibus facit. Obstinante vero paene universo senatu pro sanctimonia religionum adversus crimen incesti iudices tamen ad ex-

---

19 *sqq.* Ascon. 65, 19 C. ⟨Curio pater⟩ Curionis adulescentis eius, qui bello civili Caesaris fuit partium.
27 Phil. VIII 11 *sqq.* X 3 *sqq.* XI 15. XII 1.

---

4 ratu *C* incestu *m* iratu *o, corr. Or* 6 *corr. m* 11 omnia *C* 21 ⟨nam⟩ cum *m* cum ⟨enim⟩ *mo* ⟨qui⟩ cum *Müller* est *del. Beier* 22 ⲁⲉⲫⲙⲓⲧⲓⲃ· 27 ⲟⲃⲥⲧⲓⲛⲉ¯|ⲧⲉ obstante *mo, corr. St* 28 pene *C*

tremum dati sunt. Et primo quidem ab senatu praesidium petiverunt, ⟨ut⟩ de Clodio, potentissimo homine, liberius iudicaretur. Verum ita res cecidit, ut in eum multi grave testimonium dicerent: quorum in numero Marcus ipse Tullius interrogatus ait ad se salutatum venisse ipsa die Clodium, qua se ille contenderat Interamnae fuisse millibus passuum ferme LXXXX ab urbe disiunctum; quo scilicet videri volebat incesti Romae committendi facultatem non habuisse. Et post haec ab iudicibus XXV damnatus est. Praevaluit tamen ad eius victoriam maior eorum numerus, qui absolverunt, nam XXX et una pro eo sententiae latae sunt. Inde igitur kapitalis inimicus in M. Tullium coepit efferri et, cum illo anno potestate quaestoria fungeretur, aput populum creberrimis eum contionibus lacessebat; minas quin immo praetendens ad familiam se plebeiam transiturum, ut tribunus pl. fieret, denuntiabat. Quibus minacissimis illius vocibus vehementi et acerrimo spiritu hac oratione Cicero respondit .... duorum, tam ipsius quam Curionis.

EXPLANATIO

Statueram, P. C., quoad reus esset P. Clodius, nihil de illo neque apud vos neque alio ullo in loco dicere. Frgm. I

Facere videtur hoc ... gravitatis et modestiae suae, verum summa cum asperitate, quamvis absolutus sit Clodius, tamen incestum vere commisisse adhuc adseverat. Hoc enim testificando, se omni humanitate et patientia reo P. Clodio pepercisse, sine dubio ... confirmat veritatem sui testimonii, ut omnia de illo cum fide dixerit, cui per illud tempus reatus parcendum putaverit.

---

1 dati *C* empti *Leo* 2 ⟨ut⟩ *mo* 3 caecidit *C* 6 Interamne *C* 12 laetae *C* 13 efferari *Schütz* testate *C* 17 illius *Cmo* territus *Schütz* 18 respondit ⟨perstringendo mores⟩ *St* 19 Curionis ⟨verba proscindens⟩ *suppl. Halm* mores proscindens *suppl. Zg* 20 ЄX .... *legi* 21 staturam *C* 24 *lac.* $3^1/_2$ *cm.* = *10 litt.* προοίμιον? 25 summae *C* aspiritate *C* 28 *lac.* $2^1/_3$ *cm.* = *5 litt.* βιαίως *vel* δεινῶς?

Frgm. II Ac furiosis contionibus indixerat.

Opportune et acriter furiosum Clodium dicit, ut in eum suspicio conveniat incesti, cuius ingenium furore iactetur.

Frgm. III Quod simul ab eo mihi et rei p. denuntiabatur.

Et suae dignitati plurimum dedit et Clodium vehementius accusavit; nam gloriae Ciceronis accedit, quod seiungi ab re p. non potest; invidiae autem P. Clodii adstruitur, si odisse videatur in Cicerone rem p.

Frgm. IV Nihil me addere ad alterius periculum.

Satis agit, ut in dicendo testimonio non existimetur esse mentitus.

Frgm. V Sin esset iudicatum non videri virum venisse, quo iste venisset.

Amaritudo stomachi est in hac sententia, qua perstringit mores P. Clodi scilicet inpudicos ita dicendo: *non videri virum venisse, quo iste venisset,* quasi hoc pronuntiaverint, qui eum sententiis suis liberaverunt, non ut incestum sibi probari non potuisse dicerent, sed ut ipsum virum negarent.

Frgm. VI Ut ille iudicio tamquam e naufragio nudus emersit.

⟨Hoc⟩ in loco et ipsorum iudicum perstringit infamiam, quorum sententiis fuerat absolutus. Nam partim trecena millia, partim vero, secundum opiniones aliorum, quadringena accepisse dicuntur.

Frgm. VII Syriam sibi nos extra ordinem polliceri.

Diximus in argumento per illud tempus Clodium fuisse quaestorem. Opimas igitur provincias cupiditati suae blandientem dicit in animo habuisse, quasi hoc ab senatu consequi posset, quod ipse rapinarum meditatione gestiret.

Frgm. VIII Creditoribus suis spem ostentare provinciae videretur.

Et defaeneratum hac in parte significat.

---

26 *vid.* 21, 13.

---

2 opportunae *C* 4 denuntiabantur *C* 7 INUI‖INUIδIΔE 9 adere *C* 13 quom *Halm Müller* 16 pronuntiaverit *C* 19 illo e *Müller* 21 ⟨hoc⟩ *Niebuhr mo* ⟨isto⟩ *St*

Augent magnum quendam cumulum aeris alieni, Frgm. IX

quod non posset nisi omnium provinciarum spoliatione dissolvi.

Ingemuit gravius timidior quidam creditor. Frgm. X

Ne quaesieris eius personam, de quo videtur hoc dicere. Nam generaliter fingit, ut desperatio pecuniae recuperandae consternaverit creditores eius metuentes scilicet revertendi tarditatem.

Confirmat se comitiis consularibus Romae futurum. Frgm. XI

Aculeus est asperitatis, nam plerisque in locis interversas ab eodem Clodio criminatus est pecunias candidatorum.

Tanto prius ad aerarium venit, ut ibi ne scribam quidem quemquam offenderet. Frgm. XII

Aput aerarium sortiri provincias et quaestores solebant et scribae, ut pro certo appareret, in quam provinciam vel cum quo praeside proficiscerentur. Ardorem quendam nimiae cupiditatis volens exprimere festinasse ad aerarium dixit, ut etiam scribarum praeveniret adventum.

Qui omnia sacrificia nosset. Frgm. XIII

Ut incestum significaret, medie suspendit elocutionem, non ut religionem praetenderet, sed ut crimen.

Cum se ad plebem transire velle diceret, sed misere fretum transire cuperet. Frgm. XIV

Quoniam patriciis non licebat tribunatum pl. accipere, idcirco se Clodius denuntiaverat in plebeiam familiam transiturum, ut adeptus hanc potestatem de suis inimicis vindicaretur. De 'freto' autem quod ait, illud significat, quo Sicilia ab Italia separatur: in qua se provincia sub C. Vergilio gratularetur idem futurum esse quaestorem.

---

5 quadam *C* 23 significare *C* medies *C* mediam *mo, corr. Kroll* 25 dicere *C* 29 TRANSITUTRUM 30 illut *C* 32 eidem *Or*

Frgm. XV Hanc loquacem Siciliam non despexit.

Loquacem videtur *Siciliam* dicere, quod plerosque de pecuniis repetundis accusaverant, *sed ut scimus ipsum C. Verrem.

Frgm. XVI Accesserunt ita pauci, ut eum non ad contionem, sed sponsum diceres advocasse.

Aere alieno gravatum et supra dixerat Clodium; solebant autem versuram facientes quasi ad spem solutionis futurae sponsores dare. Verum hic volens eius perfidiam denotare ait non aliter paucos ad rostra venisse, quam si convocasset eos, qui pro se sponderent. Multos enim fefellerat, cum periculo sponsionis adstringeret.

Frgm. XVII Cuius satisdationes semper dicuntur induci.

Satisdationes dicit rescindi sententia praetoris. Et hoc in loco significat viros, qui stulte timerent, ⟨ne⟩ pro Clodio mutuante pecuniam spondeant, cum saepenumero experti sint multos sponsores eius hoc nexu liberatos, cum se circumventos illius fraude docuissent.

Frgm. XVIII Primum homo durus ac priscus invectus est in eos, qui mense Aprili aput Baias essent.

Consuetudo erat multis ineunte verno ad aquarum, quae sunt in Campania, velut fomenta salubria convenire. . . . igitur intulit personam Clodii quasi priscae severitatis et continentiae viri, cui displiceant et quae non ad delicatam voluptatem, sed ad valetudinis optinendae curam fieri soleant, cum sit ipse omnium libidinum cupiditatibus deditus. Et hinc fiet gradus ad ipsius Ciceronis Puteolanas possessiones, in quas devertere ad oblectamentum solebat.

7 *vid.* 22, 30 *sqq.*

3 repetundiis *C* accusaverat *m* accusaverunt *Or* et *m* *ante* sed *lac. statuit Zg* sed ut *C* velut *Leo* *post* sed *aliquid excidisse videtur* *pro* ipsum primum *proponit Or* 8 spem *Niebuhr mo* . . IЄ⁻ (ɯЄ⁻ ?) *lac. 1 litt.* fidem *m, Beier* 10 ion *C* 13 SΔTISΔδΔ | TIONЄS indicuntur *C* indicantur *Beier* 15 ⟨ne⟩ *St* 16 spondere *mo* 18 si *C* 23 *lac. un. lin.* = *16 litt.* μετ' εἰρωνείας *suppl. Zg* μετὰ χαριεντισμοῦ? 26 sint *C*

Removit ergo inpudentiam reprehendentis a moribus suis, ne vel superbus vel nimium delicatus habeatur.

Per quem hominibus maioribus natu ne in suis quidem praediis tunc, cum Romae nihil agitur, liceat esse valetudinique servire. Frgm. XIX

Congesta et copiosa defensio est in ipsa propositione, ut eorum moribus nihil oporteat exprobrari, qui certo tempore anni salubres aquas petant, vel quia aetate provecti sint, quae ferme valetudo parum fida est, vel quia in suis praediis demorentur, quod est legitimae honestatis, vel quia eo tempore, quo sint Romae omnia quietissima, ne quis hoc ad fugiendum laborem civilium rerum facere videatur, vel quod sit omnimodo valetudini serviendum, quae non minus ipsis senatoribus quam rei p. necessaria sit, ut fortius possint obire omnia, quae gerenda sunt.

Ita fuit caecus, ut facile appareret vidisse eum, quod fas non fuisset. Frgm. XX

...; de Appi enim Caeci familia genus trahebat. Et praecipitem volens significare atque temerarium resculpit infamiam illius incesti, quod fecisse in operto Bonae Deae videbatur, quo viris ingredi non liceret, quasi poenam criminis sui luere iam coeperit nihil providendo quod dicat.

Illum patronum libidinis suae. Frgm. XXI

C. Curionem, qui de proscribtione Syllana fundum emerat in Campania, qui C. Marii nuper fuerat et ipsius Arpinatis. Quo se exemplo facillime Cicero purgavit non esse id in se reprehendendum, quod municipi suo C. Mario consulari numquam fuerit infame.

Nam rusticos ei nos videri minus mirandum est, qui manicatam tunicam et relicum. Frgm. XXII

Mixta responsio et facetiis urbanitatis et asperitatis violentia non sine .... Definit enim rusticos et ur-

---

2 delictus *C* 7 exprobari *Cm* 13 omnino *St* 18 *lac. un. lin.* + *2 cm.* = *19 litt.* ἀμφιβολία ἀπ' ὀνόματος? 27 reprahendendum *Cmo* 29 sei *C* 31 facetis *C* 32 uideolenitie *C* virulentia *mo, corr. Zg* *lac. un. lin.* + $1^1/_2$ *cm.* = *19 litt.* cυγκρίcει καθ' ὁρισμόν? χλευασμῷ *suppl. mo* χλευασμοῦ cχήματι *suppl. Zg*

banos ita, ut in se ingenium sobriae virtutis, in Clodio indicia foeditatis et dedecora proscribat.

Frgm. XXIII Tu, qui indutus muliebri veste fueris.

Videtur enim Clodius habitu muliebri sexum mentitus penetrasse domum C. Caesaris, ut incestum sub hac fraude committeret. Id describitur ..., ut omnia liniamenta turpitudinis detegantur.

Frgm. XXIV Cum calautica capiti accommodaretur.

... genus, quo feminae capita velabant, hoc nomine ferebatur. Et Afranius meminit in Consobrinis ita dicens: *Cum mithris, calauticis.* Inpudico igitur habitu erubescendi dedecoris quaedam figura describitur. Atque ita se et in historia temporis huius commemoratio habet: C. Caesaris pontificis maximi praetoris domi sacrificium sollemne pro populo fiebat. Huc vir ornatu muliebri quod introierat, sacrificium instauratum est. Res ad senatum delata est. Patres conscribti decreverunt, ⟨ut⟩ de ea re non aliter quam de incestu quaereretur. Eo crimine reus factus est P. Clodius Pulcher delatore L. Lentulo, qui consul fuit post cum C. Marcello, subscribentibus Cn. et L. Lentulis. Aurelia, Caesaris mater, testis in iudicio audita est. Ea pro testimonio dixit suo iussu eum esse dimissum; idem dixit Iulia, soror Caesaris. Et tamen post haec absolutus est.

Frgm. XXV Credo, postquam speculum tibi adlatum est, longe te a pulchris abesse sensisti.

Festivissime simul et nobilitatem generis infamatam et mores femineos in speculi contemplatione detexit, quo ferme ad explorandam curae suae diligentiam mulieres uti solent. Ergo et inliberalem figuram probro dedit et maiorum suorum dissimillimum contestatus est. Nam fuit hoc Claudiae familiae cognomen inlustre. Quippe anti-

---

2 perscribat *St* 5 incaestum *C* 6 *lac. un. lin. = 16 litt.* διατυπώσει προσώπου? 8 capit *C* 9 *lac. 2½ cm. = 7 litt.* κόσμου *suppl. Zg* 12 decoris *Cmo, corr. St* 17 ⟨ut⟩ *Niebuhr mo* 18 incaestu *C* 19 Cl. *Cmo* 22 audita *Zg* ita *C* in iudicium citata *mo Beier* 25 speculo *C* 29 figurae suae *Beier*

quitus P. Claudius Appi Caeci filius primus ex isto genere Pulcher appellatus est. Hic consul aput Drepanam adversus auspicia Poenis classe conflixit. Ea pugna Romanorum naves perierunt CXX. Ob id factum dies ei dicta est perduellionis a Pullio et Fundanio tr. pl. Cum comitia eius rei fierent et centuriae introducerentur, tempestas turbida coorta est; vitium intercessit. Postea tr. pl. intercesserunt, ne idem homines in eodem magistratu perduellionis bis eundem accusarent. Itaque actione mutata, iisdem accusantibus, multa inrogata populus eum damnavit aeris gravis CXX millibus.

'At sum', inquit 'absolutus!' Novo quidem hercle more, cui uni absoluto lites aestimatae sunt. Frgm. XXVI

... victoriam quoque iudicii orator convertit in decus inopinata inlata huiusmodi responsione. Lites autem damnatis reis aestimabantur, cum taxatio pecuniae fiebat, quae illis adplicaretur. Quoniam ergo non probatione innocentiae sed corruptis iudicibus fuerat Clodius absolutus, idcirco ait absoluto lites aestimatas, hoc est poena quidem liberatum, sed pecunia quodammodo multatum, quam iudicibus pro absolutione numerasset.

Quasi ego non contentus sim, quod mihi quinque et XX iudices crediderunt, ... qui sequestres abs te locupletes acceperint. Frgm. XXVII

Notemus verborum medietates elegantissime ab oratore suspendi. Nam cum prae se ferret Clodius victoriam iudicii, quod liberatus sententiis pluribus videretur, ait Tullius ad confirmandam testimonii sui religionem XX et quinque sibi iudices credidisse, illos videlicet, qui reum damnaverant; sed etiam illos, qui pro reo sententiam dixerint, ipsi Clodio nihil credidisse, quando ab senatu

---

2 hl^{c} Drapanam *Cmo* 3 confixit *C* 14 *lac.* $1^{1}/_{2}$ + *4 cm.* = *12 litt.* διαcυρμόc *suppl. Zg* παραπροcδοκία? indicii *C* 15 milites *C* 17 adpliceretur *C, corr. Zg* 20 pecuniam *C* 23 *lac. Mai statuit* ⟨tibi⟩ *Niebuhr* ⟨XXXI tibi nihil crediderunt⟩ *Müller: etiam* qui ab senatu praesidium petierint *deesse Leo monet*

auxilium petierint et aput sequestres idoneos illam deponi pecuniam voluerint, ne frustrarentur ea spe, quam reo paciscente praesumserant. Et has ergo sententias, quae videbantur Clodio aliquid honestatis adquirere, in vituperationem convertit, ut pars iudicum damnarit incestum, pars vero privatum lucrum praeposuerit religioni. Et hic subest ... postulasse iudices ab senatu praesidium, non ut fortiter et libere iudicarent, sed ne illam sibi pecuniam reus absolutus eriperet.

Frgm. XXVIII Divortium pontificis maximi.

Praetexuntur argumenta, quibus incestum P. Clodii potuerit facillime probari, nisi pecunia intercessisset. Nam C. Caesar pontifex diebus illis repudiarat uxorem; feminae quoque, quae illi sacrificio interfuerant, de interventu virili testimonium dixerant; servi etiam, cum peterentur in quaestionem, alienati fuerant et in diversas provincias ab domino missi: quinque etenim servi, in quos maxime suspicio congruebat, partim missi sunt ad Appium Claudium, qui frater eiusdem fuerat et in Graecia tunc agebat, partim ad vilicum Diogenem nomine, qui trans Alpis morabatur. Nec non etiam ancillae in tormenta sunt postulatae, quae propiores ministerio fuerant Pompeiae, uxoris Caesaris. Quarum fuit e numero Habra quaedam nomine, cuius in cellam P. Clodius confugisse arguebatur. De stupro autem scelerato quod ait, illud videtur incestum significare, cuius infamia circa sororem Clodiam pervolgabatur.

Frgm. XXIX Quattuor tibi sententias solas ad perniciem defuisse.

Ne quam habeat Clodius absolutus innocentiae dignitatem, facta comparatione numeri ostendit prope eandem portionem fuisse, quae damnarit incestum, nec illi inte-

---

5 incaestum *C* 7 *lac.* 2 + 3½ *cm.* = 13 *litt.* παραπροδοκία? 11 INCAESTU¬ 12 potuerat *St* 19 eiusdem de *C* eiusdem P. *mo* 22 propriores *C* 23 Hibera *Cmo, corr. Niebuhr coll. Plutarchi Caes.* X. 27 Clodia *C* 30 ABSOLUTA 32 incaestum *C* ne *Mai Schütz*

gritas sua, sed cuiusdam perexigui numeri felicitas patrocinata sit.

Nam L. quidem Cotta. Frgm. XXX

Hic fuit auctor iudiciariae legis Aureliae, qua senatoribus abrogata est summa potestas iudicandi et communicata cum Romanis ⟨equitibus et tribunis⟩ aerariis ita, ut in iudiciis esset minor numerus senatorum.

Ut posthac lege Aurelia iudex esse non possit. Frgm. XXXI

Paene quidem verisimile non est, quod prae se tulisse Clodium dicit pecuniam se recepturum, qua sententias emerat eorum, qui se crimine liberassent. Quid enim esset hoc stultius, cum semet ipsum hac praedicatione damnandum fuisse confiteretur, nisi iudices corrupisset? Sed non abhorret a fide hoc dixisse Clodium eo tamen proposito, quo significaret innocentem se principum vi et inimicorum potentia laborasse et eapropter pecuniam dedisse iudicibus, ut quoquo modo illorum manibus eriperetur, qui se opprimi vellent. Id ergo hic ... negat iudices illos Tullius pecuniam, quam acceperint, reddituros, ne postea in numero iudicum lege Aurelia esse non possint: sive quod se pecuniam reddendo faterentur esse corruptos, sive quod amissis trecenis vel quadringenis millibus, quae a reo acceperant, in egestatem revolverentur ac propterea in iudicum ...

(Incertum est, quantum desit.)

⟨INCIPIT DE REGE ALEXANDRINO.⟩

... privatis erubescendum.

4—7 *cf.* Ascon. 15, 8. 59, 15.

---

5 abrogat *C* 6 ⟨equitibus⟩ Romanis ⟨et tribunis⟩ *mo* Romanis ⟨equitibus et tribunis⟩ aerariis *St* 7 minus *C* 9 TULISSET· tulisse P. *mo* 10 pecuniae *C* quae *C* 15 propositio *C* 18 oprimi *C* *lac.* $3^1/_2 + 2^1/_2$ *cm.* = *13 litt.* προληπτικῶς? negat Tullius iudices illos *mo* 21 possunt *C* 23 acceperat *C* 24 iudicum ‖ *C* iudicum ⟨numerum posthac referri non possent⟩ *mo*

Frgm. I Ut rapiat, ut latrocinetur.

Vehementibus et invidiosis verbis utitur: non enim dixit: ut exposcat hereditatem, ut sibi vindicet, sed, quo vel maxime pudor consterneretur audientium, *ut rapiat*, inquit, *ut latrocinetur*, quae sine dubio non iuris verba, sed sceleris ab huiusmodi cupiditate deterreant.

Frgm. II Si hercle in nostris rebus tam acres ad pecuniam, tam adtenti, tam avari soleremus esse.

Dicere quidem generaliter videtur, etiamsi in privatis pecuniis avari homines essent, in publicis tamen disceptationibus non oportere tantam cupiditatem pecuniae profiteri; sed procul dubio nihil aliud agit, quam ut M. Crassi mores denotet, de quo praeter historiam praeterque exitum mortis eius, in quam praeceps quodammodo ruit, cum ad diripiendas Parthiae urbes opulentissimas Eufratem transisset, etiam ipse Tullius auctor est libro tertio de officiis, cuius verba inferam, quo magis, quid de moribus eius iudicarit, appareat. Sic enim mihi textum recordor: *Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius inrepere, hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem umquam suspicaturum.* Deinde subicit: *At dares hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione heres posset scriptus esse, qui re vera non esset heres, in foro, mihi crede, saltaret.*

Frgm. III Sed tamen quae sunt nostra iudicia.

Temptaverat Crassus adseverare non semel de hac Aegypti hereditate, sed frequentissime praeiudicatum, ac primo quidem illo tempore, quo pecunia repetita esse ab Tyriis et advecta Romam videbatur seposita iam nuper

17 III 19, 75.

4 maximus *C* consternaretur *St* 5 et latrocinetur *Cmo, corr. Zg* 7 adres *C, corr. Niebuhr* 12 aliut *C* 14 qua *C* 20 digitis *codd. Cic.* digitos *Cmo* 22 NEMINEMQUAM 28 seueritate *C, corr. Niebuhr* 29 APTIREISED, ab Tyro et *mo, corr. St Zg*

ab Alexa rege. Occurrendum est igitur, ut haec refutentur. Et in ipsa propositione ... insigniter facta est, quod his verbis ingredi coeperit:

Debent esse modestissima, quoniam quidem est hoc summi imperii nosmet ipsos de nostris rebus iudicare, Frgm. IV

nam vult orator intellegi paene inpudenter senatum de causa sua iudicare voluisse, cum sit naturale, ut unusquisque non possit aequitatem tueri de lucro suo potissimum cogitans, quod plerumque conitatur etiam cum inprobitate deposcere.

Qui ex hereditate tanta unum solum nomen agnoverimus. Frgm. V

Cito rapuit pro se argumentum iudicasse quodammodo ...

(Desunt XII paginae.)

... ut bellum gerendum esse censeret, qui mentionem pecuniae fecerat.

Sic est iusta causa belli, sicuti Crassus commemoravit cum Iugurtha fuisse. Frgm. VI

Notissimum est Micipsa rege Numidiae mortuo trifariam inter Atherbalem et Hiempsalem et Iugurtham regnum esse divisum. Quos tamen duos idem Iugurtha partim vi partim vero insidiis interfecit. Haec illi fuit causa praecipua bellum gerendi adversus populum R. Qui tamen post multos imperatores graviter adflictos ad extremum C. Mario imperatore superatus est.

Non patiar hanc exaudiri vocem huius imperii: 'Ego te, nisi das aliquid, hostem, si quid dederis, socium et amicum iudicabo.' Frgm. VII

Ad tuendam rationem pudoris exsequitur non decere populum R. has potestates regias nundinari, ut obiecta

---

2 *lac.* $1^1/_2$ + *4 cm.* = *12 litt.* μικτὴ διαίρεσις *vel* διαίρεσις *suppl. Zg coll.* Rhett. min. *ed. Halm* 115, 1 *sqq.* προπαρασκευή? 3 coepit *Müller* 7 paenae *C* 10 cogitatur *Cmo* conatur *Mai, corr. St* 19 si *Niebuhr* 21 nouissimum *C*

quadam senatui facie turpitudinis id vel maxime faciendum esse persuadeat, quod sit congruens honestati.

Frgm. VIII Cum ille rex sit interfectus, hunc puerum in Syria fuisse.

... haec sumuntur de locis coniecturalibus, qui sunt primi videlicet in huius status divisione, a voluntate et facultate .... Nam quod pueritiae facit mentionem, voluntatis est non potuisse Ptolomaeum kapitalibus odiis dissidere, quem puerilis infirmitas ab huiusmodi obstinatione recovaret; facultatis est autem, quod ait in Syria fuisse, ut absens copiam non habuerit illius interficiendi, quem dicebatur interemisse.

Frgm. IX Atque illud etiam constare video: regem illum, cum reginam sororem suam, caram acceptamque populo, manibus suis trucidasset, interfectum esse impetu multitudinis.

Congestis valde praeparationibus fidem fecit ..., ut hanc caedem a populo magis Alexandrino factam probaret, non Ptolemaeo iubente commissam. Notemus enim gradatim fieri augmenta, quae praegravent suspicionem ad populares impetus pertinentem. Nam coepit ad hunc modum: *Atque illud etiam constare video,* ut de veritate non sit ambigendum, si constet apud omnes. Dein subdidit: *cum reginam sororem suam,* ut atrocitas parricidii et multo maior in exitio reginae omnibus fuerit horrori. Post haec adiecit eandem *caram* ...

(Desunt L paginae.)

---

6 *cf.* Quintil. VII 2, 27.

---

1 quodam *C* quodammodo *St* 4 Syriam *C* 5 *lac. un. lin.* + *6 cm.* = *30 litt.* στοχασμὸς ἀπὸ προσωπικῶν κεφαλαίων *suppl. Zg* 7 *lac. 1 cm.* + *un. lin.* + $5^1/_2$ *cm.* = *32 litt.* i. e. ἀπὸ βουλήσεως καὶ δυνάμεως *suppl. Zg* i. e. *delenda sunt* peritiae *Cmo, corr. Or* 16 impetum *C* 17 *lac. 6* + $2^1/_2$ *cm.* = *20 litt.* λύσει κατ' ἀνατροπήν? 18 POPULO·R· 19 iubentem *C* 22 illum *C* 23 aput *C*

⟨INCIPIT PRO FLACCO.⟩

... ⟨subscri⟩bentibus L. Balbo et Apuleio Deciano, quos § 2.
vult obtrectatores intellegi invidos gloriae huius Valerii Flacci magisque cupientes destruere virtutem quam ullum crimen ostendere; quorum personas onerat invidia, quasi nihil aliud adfectent quam coniurationem illam Catilinae, quae hoc adiutore oppressa sit, vindicare.

Si umquam res p. consilium, gravitatem, § 3.
sapientiam iudicum imploravit, hoc, hoc, inquam, tempore inplorat.

... Vehementer congeminavit, ut attentiores animos iudicum faceret, quo magis universae rei p. providerent, ne bene meritis civibus virtus sua non gratiam praemii sed materiam periculi compararet. Est ergo ... invigilari oportere, ne omnes, quicumque rei p. profuerunt, similibus calumniae periculis opterantur. Iam enim coeperat invidiosus consulatus esse Ciceronis aegre ferentibus plerisque quod indemnatos cives R. iussisset in carcere strangulari.

Non estis de Lydorum aut Mysorum aut Frygum, qui huc corrupti concitatique venerunt, set de vestra re p. iudicaturi.

Haec omnia congessit eo studio, quo et illos destrueret, qui accusabant Flaccum, et omnem diligentiam iudicum ad utilitatem rei p. flecteret. Nam quo magis in planum deducerentur, qui accusabant, non dixit Asiam provinciam, sed diduxit in species nationum barbararum, ut Lydos et Mysos et Frygas diceret: et vocabula ipsa quendam impetum barbariae ferocientis ostentant. Nec suffecit hoc modo auctoritatem destrucxisse; adiecit etiam illud

---

2 ‖BENTIB · *suppl. mo* 6 adiurationem *Cmo, corr. Mai* 9 *post* sapientiam *add.* providentiam *codd. Cic.* 11 *lac. 4 + 3 cm. = 16 litt.* cυναθροιcμός *vel* ἀναδίπλωcιc *suppl. Zg* κατὰ cυναθροιcμόν? 12 facere *C* 13 praemiis *C* 14 *lac. 2 lin. = 36 litt.* προτροπὴ παθητικὴ εἰc δικαcτάc *suppl. Zg* 16 operantur *C* 17 aegrae *C* 20 MYRSORU— 21 compulsi *codd. Cic.* 27 barbarum *C*

qui huc corrupti concitatique venerunt, ut duplici modo fide careant: vel quia barbari, vel quia redemti sint ad obsequium mentiendi. Est hic . . .

§ 4. Quem enim appellem, quem obtester, quem inplorem?

. . . Oratorie interiacit addubitationem, quasi omnium periclitantium animus aestu quodam magnae sollicitudinis inquietetur: ut incertum sit, cuius ordinis potissimum imploret auxilium, cum in huiusmodi rebus ita singuli periclitentur, ut clades omnibus comparetur.

Iudicabitis principes eius ordinis quinquaginta, quid cum omnibus senseritis.

Lex enim Aurelia iudiciaria ita cavebat, ut ex parte tertia senatores iudicarent, ex partibus duabus tribuni aerarii et equites R., eiusdem scilicet ordinis viri.

§ 5. Condemnatus est is, qui Catilinam signa patriae inferentem interemit.

Gaius scilicet Antonius, collega Ciceronis, M. Caelio Rufo accusante non tantum pecuniarum repetundarum crimine, verum etiam ob hanc coniurationem non ita pridem damnatus fuerat. Nec ignoramus praefuisse exercitui, quo Catilina superatus est: quamvis ipse Antonius vel pedum valetudine vel conscientia retardatus Petreium legatum suum miserit, qui cum hoste confligeret.

Cur sibi confidat is, qui ea proferenda et patefacienda curavit?

. . . haec ad semet ipsum refert periculi etiam sui gradu quodammodo adiecto, ut omnes, ⟨qui⟩ coniuratos

18 *sqq. cf.* Cic. pro Caelio XXXI 74.
20 *sqq. cf.* Cass. Dio XXXVIII 10.
21 *sqq. cf.* Sall. Cat. LIX 4 Cass. Dio XXXVII 39, 4 (Livius?).

1 compulsi *codd. Cic. ut supra* et *Cmo, corr. Or* 3 et *Cmo lac. 3 cm. + un. lin. = 23 litt.* 4 enim alium *codd. Cic.* 6 *lac. 3 + 2 cm. = 13 litt.* ἀπορία *suppl. Zg* κατὰ διαπόρησιν? oratoriae *C* omnibus periclitantibus *Leo* 15 aequites *C* 16 damnatus *codd. Cic.* 18 Caius *Cmo* Caecilio *Cmo, corr. Or* 27 *lac. 1 + 3 cm. = 9 litt.* αὐξητικῶς? 28 GRΔδu¯|quOδΔMMOδOΔδ.ЄC|TOuϟT *inter* δ *et* Є *fuit* I *aut* F gradu . . . adiecto *mo* gradu . . . adtexto *Zg* ⟨qui⟩ *mo*

obnixe persecuti sint, poenae videantur quodammodo destinati, dum singulis crimen aliquod et invidia conflatur.

Strangulatos maluit dicere. Frgm. I

Adfectata et oratoria quadam calliditate hoc uti verbo Decimum Laelium accusatorem voluisse denotat Cicero, ut memoriam videlicet eorum resculperet, qui cum Lentulo in carcere poenas dederant post indicia litterarum.

Quid sibi meus necessarius Caetra voluit? Frgm. II

Subscribserat hic inter ceteros Decimo Laelio accusatori.

Quid vero Decianus? Frgm. III

Et hic subscriptor fuit, Apulei Deciani filius iam nuper damnati, cum tribunus pl. esset et in ultionem Apulei Saturnini nec minus etiam C. Servilii Glauciae multa improbe seditioseque committeret: quam tamen damnationem passus in Pontum se et ad partes Mithridaticas contulit. Quo ipso infamiam generis eius perstringit orator, ut imitatus quodammodo patrem omnia pro hostibus sentire videatur.

Utinam esset proprie mea! Senatus igitur magna ex parte. Frgm. IV

Mire hic respondit ... Remotionem facturus in auctoritatem senatus, quo decernente puniti sint Catilinae socii, amplectitur quoddam votum, quasi potuerit etiam gloriose confiteri auctorem se illius fuisse supplicii; magis enim ex hoc remotioni firmitas adquiretur, si potuerit esse etiam ipsius de se laudanda confessio.

Dii, inquam, inmortales! Lentulum ... Frgm. V

(Desunt IV paginae.)

---

1 obnixae *C* 10 quod *Cmo, corr. Or* Chaerea *Or* 14 16 Apulaei *Cmo* 17 improbae *C* seditiosae *C* 18 PARTE⁻|MITHRIδATICOS 24 mirae *C* *lac. 2 cm. + un. lin. = 21 litt.* μετάθεcιc *suppl. Zg* εὐχῇ καὶ μεταστάcει?

. . . *tirent fuisse testatur. Sed ne originem civitatis eiusdem nude trascucurrisse videamur: antiquissimis haec temporibus Tantalis vocitata est. Quam terra ipsa consumpsit hiatu scilicet interceptam ibique postea oppidum constitutum, cui Sipylo nomen inditum. Pleraeque aliae maris inundatione demersae sunt: quarum fuit Leucadia, Antirrhion, Hellespontus, Bosphori duo; ut Pyrrham et Antisam circa Maeotin paludem Pontus abstulit, ut Helicem et Buram sinus Corinthius devoravit. Satis autem oratorie commemorans istius civitatis devotissimam circa Romanos fidem minuit opes eius et exigua moenia et parvum numerum civium dixit, quibus tamen maximos regis Mithridatis impetus propulsaverit, fide et amore scilicet quam virium facultate robustior. Et est quaedam laudativa sententia . . .

Frgm. VI Sed si neque Asiae luxuries infirmissimum tempus aetatis.

Mores inlustrantur eius, quem non potuerit Asia multiformi voluptate corrumpere. Similis et in L. Murenae defensione sententia est. Verum, quod hic magis animadvertendum puto, consideremus omnium horum capitum transitus oratorie factos. Ita enim sibi conectuntur, ut gradus honorum cum quadam testificatione cognitae simul et

---

2 Plin. N. H. II sect. 90 *sqq.* . . . perrupit mare Leucada, Antirrhium, Hellespontum, Bosporos duos . . . ipsa se comest terra. Devoravit . . . Sipylum in Magnesia et prius in eodem loco clarissimam urbem, quae Tantalis vocabatur . . . Pyrram et Antissam circa Maeotim Pontus abstulit, Helicen et Buram sinus Corinthius, quarum in alto vestigia apparent.

20 Cic. pro Mur. V 11 Obiecta est enim Asia; quae ab hoc non ad voluptatem et luxuriam expetita est, sed in militari labore peragrata.

---

3 Tantis *Cmo, corr. Mai* 6 inundationem *C* quarum ⟨in numero⟩ *Zg* 7 Anthirrioni *C* Pyrram *Cmo* 8 Meotin *Cmo* 9 Biram *Cmo* 10 oratoriae *C* 12 quibus *mo* cuius *C* 14 facultatem *C* 15 *lac. 2 cm.* + *un. lin.* = *21 litt.* γνώμη ἐγκωμιαστική *suppl. Zg* 16 luxuriaes *C* 18 potuerunt *C* 19 Murene *C* 22 oratoriae *C*

probatae integritatis extollat. Praemisit quippe in Asia nullam Flacci fuisse luxuriam; dein sequenti capite

Ex hoc, inquit, aetatis gradu se ad exercitum C. Flacci patrui contulit; Frgm. VII

et statim subicit:

Tribunus militaris cum P. Servilio, gravissimo et sanctissimo cive, profectus, Frgm. VIII

laudatio enim P. Servilii magnum testimonium Flacco ad indicium vitae honestioris adquirit. Post haec etiam cum esset quaesturae mentionem facturus, ita subiecit:

Quorum amplissimis iudiciis ornatus quaestor factus est. Frgm. IX

Omnis haec ergo enumeratio magistratuum quos gessit ita pendet ex se, ut laus praecedentium consecutis honoribus suffragata sit et in nullo fuerit gratia fortuita, cum in omnibus censura meriti haberetur.

M. Pisone, qui cognomen frugalitatis nisi accepisset, ipse peperisset. Frgm. X

Vigilanter omnes hos, qui Flacco in primis magistratibus praefuerunt, laudativa ... orator exornat, ut quod viris tam inlustribus placuit, exploratae innocentiae testimonium sit. Verum quod ad Pisonem pertineat: plurimi quidem ex hac familia cognomentum frugalitatis habuerunt, sed enim primus hoc meruit L. Piso, qui legem de pecuniis repetundis tulit et fuit C. Graccho capitalis inimicus, in quem ipsius Gracchi exstat oratio maledictorum magis plena quam criminum.

---

26 Cic. pro Font. XVII 39 Extat oratio C. Gracchi; qua in oratione permulta in L. Pisonem turpia ac flagitiosa dicuntur. At in quem virum! qui tanta virtute atque integritate fuit, ut ... solus ... Frugi nominaretur. — in Verr. III 84, 195 legem de pecuniis repetundis ... tulit *cf.* IV 25, 57 off. II 21, 75 Brut. XXVII 106.

---

1 Asiam *C* 10 quaestura *C* 13 omni *C* 20 *lac.* $2^1/_2$ *cm.* = *5 litt.* γνώμη *suppl. Mai* 21 iuris *C* EIN LIISTRIB. 26 Graccho *C*

Frgm. XI Idem novum bellum suscepit atque confecit. Q. Metellus detrectante collega suo Q. Hortensio administrationem provinciae Cretae ipse suscepit et ibidem confecto bello cognomentum ex virtute, ut supra diximus, Cretici meruit. Coeperat quidem ante illum orae maritimae praepositus M. Antonius piratas persequi, sed rebus nondum confectis morte praeventus est.

Frgm. XII Non Asiae testibus, sed accusatoribus contubernalibus traditus.

Vigilanter subtrahit auctoritatem provinciae, qua Flaccus opprimi poterat, et subdit accusatores contubernales. Hoc enim prope nihil optinet auctoritatis, si contubernales ad obsequium mendacii obtemperaverint accusatori, illud contra pro validissimo acciperetur, si accusatio provinciae totius incumberet.

§ 6. At a testibus laeditur.

Exsecutio haec omnis hanc optinet quaestionem, an testibus credendum sit. Et priusquam adgrediatur orator ... destruere personam Graecorum et nationem gentili quadam levitate praecipitem, statim prima conflictatione ... opponit praecedentium magistratuum: in quibus bene cognitum et gloriose probatum L. Flaccum non oporteat his cum maxime testimonio pugnantibus addici, cum plura sint, quae laudi proficere debeant, quam quae nunc crimini fidem faciant.

Nullam in re familiari sordem.

Notabile hoc, quod singulari numero *sordem* dixit, cum de moribus ad cupiditatem pecuniae promtioribus

2 *cf.* Xiphil. p. 3 R. Steph.

5 *cf.* Cass. Dio XXXVI 19, 3 Flor. I 42, 6 (2—5 *Livius?*).

5 *cf.* schol. ad Iuv. 8, 105 (pag. 295 Iahn, corr. Bücheler) Antonius trium Antoniorum corruptus ille. Sallustius 'qui orae maritimae qua Romanum esset imperium.' contrarius piratis (5—7 *Sallustius?*).

2 Metello *C* 13 ad ad *C* mendaci *Cmo* 19 *lac. 3 cm. + un. lin. = 24 litt.* ἀπὸ προσώπων καὶ ἀπὸ γένους? 20 *lac.* $3\frac{1}{2}$ *cm. = 7 litt.* ἔπαινον *suppl. Or* 21 magistratum *C* 27 notabilem *C*

secundum numerum pluralem consuetudo celeberrima sit sordes dicere. Hoc igitur de verbis rarioribus adnotemus.

Non quo nationi huic ego unus maxime fidem § 9.
derogem.

Localiter ... impleturus Graecis testibus non esse credendum, quo sibi contra invidiam mederetur, praemisit hoc ... quod aput Graecos ... dicitur. Tanto enim maiore auctoritate proscindet illorum in testimoniis dicen-
⟨dis levitatem⟩ ...

(Desunt II paginae.)

... sas privatae indignationis ulcisci, qui moleste ferant se Flacco iudicante perpessos.

Qui comitatus in inquirundo! comitatum dico? § 13.
immo vero quantus exercitus!

Gestit persuadere iudicibus praeter levitatem Graecorum plurimum valuisse Laeli accusatoris sive potentiam sive gratiam, ut illis mentiendi non tantum voluntas insinuaretur, verum etiam necessitas inrogaretur.

Lege hac recenti ac nova certus est inquisitioni comitum numerus constitutus.

Legem iudiciariam videtur significare sive a P. Vatinio tribuno pl. sive ab Q. Fufio Caleno perlatam. Pertinebat autem ad iudicum reiectionem, quae fiebat secundum legem Aureliam ex tribus ordinibus senatorum, equitum Romanorum, tribunorum aerariorum. Igitur ea lege praefinitum videbatur, quot numero comites habere deberent qui in provincias irent, ⟨ut⟩ accusationem de pecuniis repetundis instruerent. Hunc ergo Laelium videri vult supergressum legis istius praescripta inciviliter multa fecisse.

---

6 *lac. 4 cm. = 9 litt.* ἀνασκευήν *suppl. Zg* ἀπὸ γένους? 8 *lac. 2¼ cm. = 5 litt.* σχῆμα *suppl. Mai* *lac. 4 cm. = 9 litt.* πρόληψις? 9 dicen‖ *C, suppl. Mai* 12 ‖sas *C* offensas *mo* causas *Mai* 18 mentiendis *C* insuaretur *C* 27 quod *C* 28 ⟨ut⟩ *mo* 29 ero *C*

§ 14. Sermo est tota Asia dissupatus Cn. Pompeium, quod L. Flacco esset inimicus, contendisse ⟨a⟩ Laelio, paterno amico.

Summa diligentia, cum intellegat orator obesse reo plurimum posse auctoritatem Cn. Pompei, si accusatoribus contra reum favere videatur, eripere temtat hanc persuasionem, quasi Laelius falsi huius rumoris auctor extiterit, nihil vero Pompeius in Flacci perniciem cogitaverit. Sed enim quod paternum amicum Cn. Pompei Laelium dicit, opinor ad tempus belli Sertoriani esse referendum, quo ... Ibidem Laelius, pater huius, ab Hirtuleianis interfectus est, ut ait Sallustius: *receptis plerisque signis militaribus cum Laeli corpore.*

Et praedonum et regum bello liberavit.

Scimus Gabinia rogatione victos esse ab Cn. Pompeio imperatore piratas. Quod ad reges pertineat ab eodem superatos, Tigranem significat Armeniae et Mithridatem Cappadociae regem.

Adiunxit illa, ut eos, qui domo exire nolebant, testimonii denuntiatione terreret; qui domi stare non poterant, largo et liberali viatico commovebat.

Calumniosa Laeli ostenditur accusatio, quod ei se testes non ultro secundum fidem veritatis obtulerint, sed ab eo vel minis compulsi sint vel pecunia corrupti. In superiore enim parte nolentes Romam proficisci territos ab illo dicit denuntiatione veniendi, ut cogerentur ea de Flacco mandare, quae nollent. Verum in sequenti parte obscurius aliquanto locutus est. Ait enim: *qui*

12 fragm. hist. II 16 D.

18 Cic. pro Flacco 25, 61 cum L. Flacco consuli portas tota Asia claudebat, Cappadocem autem illum (*scil.* Mithridatem) vocabat.

1 dissupatum *C* 2 vehementer inimicus *codd. Cic.* ⟨a⟩ *mo* a D. *codd. Cic.* 9 Pompeium *C* 11 *lac. significavi* quo idem *Mai* quod ibidem *Dietsch* quo quidem *Leo* quo ⟨d in Hispania Pompeius gessit;⟩ ? 21 commoveret *codd. Cic. cf.* 41, 1 27 ab|lo *C* ab Laelio *mo, corr. Zg* 28 mandarent *C* 29 aliquando *C* quo *C*

domi stare non poterant, largo et liberali viatico commovebat. Hos significat pauperes et egentes, qui nullo patrimonio sustinerentur, ac propterea pecuniae largitione ad falsum testimonium provocatos; nam stare eos dicebant veteres, qui habebant idoneam rem familiarem. Similiter et in oratione, quae habita est aput populum post fugam Catilinae *si stare* inquit *non possunt, conruant, sed ita, ut non modò civitas sed ne vicini quidem proxumi sentiant.*

Non iure iurando constricta, sed porrigenda manu. § 15.

Hanc Graeci ... dicunt. Itaque ... morem nationis plurimum dissentire a fide et religione testium confirmat ex hoc, quod non iurare soleant in aliquam rem, sed tantum porrecta manu consentire, ex quo praeceps temeritas colligi potest.

Sedentis contionis. § 16.

Plerumque enim Graeci in theatro consulebantur et ita decreta faciebant.

Tum optime meritos civis e civitate eiciebant.

Legimus enim duces maximos et inlustres in exilium relegatos ab Atheniensibus vel etiam in vinculis necatos ut Miltiadem, Themistoclem, Aristidem, Alcibiadem.

Caesus est virgis Cymaeus ille Athenagoras, § 17. qui in fame frumentum exportare erat ausus.

Graviter et congeste valuisse causam ostendit, quare potuerit Athenagoras ad mentiendum provocari: propter

---

7 Cic. in Cat. II 10, 21.

23 Cic. de rep. I 3, 5 ... Miltiadem ... vitam ex hostium telis servatam in civium vinclis profudisse et Themistoclem patria, quam liberavisset, pulsum.

---

1 instare *C* commoveret *codd. Cic.* 6 orationem C 7 istare *C* 12 *lac. 4½ cm. = 9 litt.* χειροτονίαν *suppl. Mai* *lac. 5½ cm. = 13 litt.* ἀπὸ τοῦ ἔθους? 17 contentionis *C* 20 se *C*. 23 Militiadem *C* Temistoclem *C* 24 Athenachoras *C* 25 erant *C* 26 uolui . . ϵ *spatium 1 cm. = 2 litt.*

indignationem verberum, quibus fuerat castigatus, et iustitiam Flacci praetoris, qui propter huiusmodi audaciam existimaverit puniendum. Ita utrumque fit: ut testi auctoritas defloretur et Flacci iustitia comprobetur.

Qui multitudinem illam non auctoritate sua, sed sagina tenebat.

De Mithridate Pergameno loquitur, a quo vehementer adseverat testes esse corruptos. Et quo magis eorum levitas et paene obsequium servile detegeretur, *quam multitudinem*, inquit, *non auctoritate sua, sed sagina tenebat*, ne quid fidei hominibus adsit, qui parasitorum in modum vel solo possint ventre corrumpi, ad gylae blandimenta venales.

Quod se velle dixit, id sutores et zonarii conclamarunt. Hoc testimonium est civitatis?

... ωc in clausula pronuntiandum est ... quid sit testimonium. Ad quod destruendum ... ab oratore praemissa est dicendo sutores et zonarios, ut volgaribus et sordidis artificiis appareat humilitas personarum nec ullum genus publicae maiestatis obtineat.

§ 19. Quibus odio sunt nostrae secures.

Ειρωνικῶc. Magna cum invidia exaggeratae sunt causae, quibus utique verisimile sit Graecos contra Flaccum voluisse mentiri, quod e⟨a om⟩nia, quae in provinciis exerceantur, habuerint semper onerose et ea gravate tulerint, odio iam non praetoris unius, sed Romani im-

---

3 existimauerint *C* 4 ut ⟨et⟩ testi *Zg* devoretur *Cmo, corr. Or* derogetur *Halm* 10 laeuitas *C* 17 ... ν ... ωC *altera lac. 1½, altera 1¾ cm. continet = 3 et 4 litt.* ἐνεργῶc? *lac. 6½ cm. = 13 litt.* τοῦτο τὸ ἐρώτημα *suppl. Zg* 18 *lac. 3½ cm. = 10 litt.* ἀνασκευή *suppl. Zg, mihi videntur ultimae litterae esse* OC 21 genium *Cmo, corr. Leo* ingenium *Or* patrocinium *St* 23 ЄIPΩ ... *lac. 2½ cm. = 5 litt., vestigia cum litt. suppl. consentiunt* 25 ЄΔ . . .‖ NIΔ *lac. un. cm. = 1 vel 2 litt. latt., suppl. m* 26 onerosae *C* grauatae *C* 27 tulerunt *C*

perii. Similiter et de Gallis pro Fonteio. Est autem potentissimum, si ab unius persona deflectatur intentio iudicum, ut publico nomine *recenseant testibus moleste haec obsequia tolerantibus.

In aerario nihil habent civitates, nihil in vectigalibus. § 20.

Ἀπὸ ... materiam nullam habuisse praedandi Flaccum in istis civitatibus, quas invenerit opibus exhaustas et quae nec versuram fecisse nec viritim tributum contulisse dicantur.

Quam vero falsas rationes in tabulas inferre soleant.

Sollertissime invigilavit, ne quid Graeci etiam tabularum recitatione firmarent. ... Praemittit hanc insimulationem, ut, si quod instrumentum probationis attulerint, pro falso accipiatur, et confirmat hoc ... interponendo auctoritatem Cn. Pompeii et Hypsaei, quorum litteris indicabatur perfidia Graecorum. Et statim sub eodem ... in clausula ponitur eos, qui de Pompeio et Hypsaeo mentiti sint, nec de insimulanda Flacci innocentia potuisse dubitare.

Triduo lex ad praetorem deferri iubet. § 21.

... lege enim cavebatur, ut accusatores de pecuniis repetundis omnia instrumenta tabularum et intra diem

---

1 XV 33: an vero dubitatis, iudices, quin insitas inimicitias istae gentes omnes et habeant et gerant cum populi Romani nomine? XV 35 ... cumque inimici M. Fontei vobis ac populo Romano minentur ....

---

2 PERSONAEFLEC|TATUR persona flectatur *mo, corr. Zg* 3 succenseant *Or* re⟨dditum testimonium deberi⟩ censeant *Leo* 7 *lac. 3½ cm. + un. lin. = 24 litt.* ἀπὸ τοῦ εἰκότος ἐνθύμημα? 10 *Lemma in codd. Cic. sic legitur:* Quam vero facile falsas rationes inferre et in tabulas ... referre soleant 13 *lac. 4 + 6 cm. = 25 litt.* ἐνθύμημα ἀπὸ τοῦ ὁμοίου? 15 *lac. 3 + 2½ cm. = 13 litt.* παραδείγματι? 17 *lac. 2 lin. + 5 cm. = 44 litt.* παραδείγματι ἐνθύμημα ἀπὸ τοῦ μείζονος εἰς τὸ ἔλαττον? 20 TRIδUOΔLEX|ẊΔṄδRΔE-TOREM 21 *lac. 4½ cm. + un. lin. = 29 litt.; in priore linea* .. O .. *scriptum est; prior lac. un. lin. altera 4 cm. = 10 litt. continet:* τόπος ἀπὸ τοῦ χρόνου ....? $\overset{c}{h}$ΔΒΕΒΔ$\overset{N}{N}$T⊢R N *superscriptum non certum est* habebatur *mo, corr. St* accusatori C

tertium ad praetorem deferrent et omnia iudicum anulis obsignarentur. Hos contendit post diem tricensimum obsignandas tabulas edidisse, ut videlicet hoc intervallo potuerint habere largum tempus easdem tabulas . . .

(Desunt IV paginae.)

§ 33. . . . neque fratris sui laudem decerpat et quod Flaccus egerit, rectissime factum esse persuadeat. Quintus enim Cicero successor eius non imperaverat Asiae pecuniam classis nomine conferendam, Flaccum vero imperasse constabat. Igitur non in totum concessit fratrem suum hanc speciem praetermisisse, set ad tempus necessarium reservasse. Ergo non damnavit quod praecessor fecerat, sed distulit quod ipse non imperabat. Praeter hoc etiam . . . per absolutam qualitatem salva religione fraterna liberat causam Flacci, quod nulli umquam crimini datum sit id quod successor aliter fecisse videatur, propterea quod exempla praecedentium sequenda sint, successorum praedivinari voluntates et consilia non possint.

§ 34. Procedit unus Asclepiades.

. . . satis, quoniam praeco legatos Acmonenses excitaverat et de Acmonensibus unus Asclepiades prodierat, arripuit accusaturus malitiosam criminationem Graecorum, qui uni homini auctoritatem quandam multitudinis darent. Impleta ergo responsione generali contra auctoritatem totius Asiae transitum facit ad singulas civitates; et hic primo gradum figit destruens etiam ipsius Asclepiadis personam, ut nihil ad optinendum valeat vel numero, quod solus, vel moribus, quod infamis.

§ 35. Nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis.

Festivissime . . . subiecit destruens hominum personas, qui ob egestatem nimiam nec habuerint, quod

---

4 tabulas‖ *C* tabulas ⟨corrumpendi⟩ *mo* 11 praetermisisse set *Or* praetermisisset *C* 13 *lac.* $5^1/_2$ *cm.* = *14 litt.* κατ' ἀντίληψιν *suppl. Zg* ⟨defendit⟩ *et* 14 libertate *mo* libertatem *C* 20 *lac.* $4^1/_2$ *cm.* = *10 litt.* εἰρωνικῶς? citaverat *St* 26 fugit *C* 31 *lac. 1 + 5 cm.* = *15 litt.* χαριεντισμὸν?

amitterent; eo etiam illud accedere, quod praesentes non sint ad dicendum testimonium, a quibus se pecuniam sumpsisse Asclepiades dicat, quam Flacco datam criminabatur.

Tu vero tibi habeto istam laudationem [decrevisse]. § 36.

Eam temtaverat accusator falsam dicere. Et oratorie hoc ipsum Cicero concessit, ut Graecorum mores atque perfidia etiam ab ipso accusatore damnata sit, qui ab eorundem maxime testimonio nititur. Utiliter itaque facit iacturam civitatis unius multarum quae accusant deminuturus auctoritatem.

Ut Flacco absenti aliquid civitates tribuisse dicantur, Laelio praesenti per se agenti vi legis, iure accusationis, opibus praeterea suis terrenti ac minanti nihil obsignasse videantur.

Cum paulo ante cυγχώρηcιν fecerit sponte concedens Acmonensium videri falsam laudationem, tamen sequenti kapite animadverte, quam vivaciter laudationem suam videri velit integri fuisse iudicii et ⟨e⟩ contrario calumniosa eorum testimonia, qui pro accusatore consentiant. *Absenti* inquit *Flacco* decreta laudatio est; ergo nihil invitis extorsit vel gratia vel potestate, cum absens esset. At ceterae civitates *praesenti Laelio*, cogenti opibus magnis et obstinata necessitate suadenti magis ... est, ut succubuerint ad obsequium mendacii. Sic et deprimitur fides accusantium et veritas laudationis aggeratur.

---

5 habeto istam *codd. Cic.* habetotam *C* decrevisse *om. codd. Cic.* 7 oratoriae *C* 10 pac|tiacturam *C* 11 q· accusabant *Zg* 15 iure *codd. Cic.* iuris *Cmo* 17 ... u ... OΔNTЄ *altera lac. 4 cm. = 8 litt. latt. continet, inter* u *et* O *una litt. lat. excidit* .... CIN *lac. 3 cm. = 7 litt.* 20 iudicia *Cmo, corr. St* et ⟨e⟩ *St* e *Cmo* 24 ad *C* 25 ⟨multo verisimile⟩ *St* 27 lΔuδΔTIONIŠ|ΔCCЄR ... R *lac. 1½ cm. = 3 litt. totum spatium sec. lin. est 3½ cm. = 9 litt. — Haec et sequentia tinctura Maiana ita pessumdata sunt, ut vix vestigia cognosci possint.*

§ 37. Obsignata erat creta illa Asiatica.

Τόπος ... κατὰ τὸ ... Πιθανῶς valde veluti quodam ... consuetudine ... qua solebant instrumenta ita signare, ut non cera, sed ... creta quadam candida uterentur. Et adhuc videtur frequentari haec consuetudo. Instrumentum igitur laudationis creta obsignatum proferebatur; tabulae vero, quibus illi ad criminandum utebantur, signa habebant cerae ⟨inpressa⟩. Quod ergo secundum morem factum sit, id vult esse veritatis; illud contra falsum, quod dissenserit a perpetua consuetudine.

§ 39. O pastores nescio quos cupidos litterarum!

... pertinens ad coniecturalem quaestiunculam ... verisimile non esse, ut incursu latronum tabulas in itinere perdiderint, cum soleant non hoc genus praedae, sed alia captare; quando tabulae causis tantum et probationibus instrumento sint, praedonibus lucro esse non possint. Probare vult igitur non tabulas in itinere amissas, set domi nullas esse conscribtas.

Bellissimum putaverunt dicere amissas.

Quid causae secuti sint, ut tabulas non proferrent, ratiocinatione facta per coniecturam revocavit omnem suspicionem vel ad metum poenae, quam legibus suis passuri essent, si falsas protulissent, vel ad probationem innocentiae Flacci, si veras protulissent, in quibus nullum indicium criminis inveniretur; ut potius color iste quae-

---

2 *sqq. lac. 1 + 2½ cm. = 7 litt.* εἰκότος? *lac. 1½ vel 2 + 2½ cm. = 10 vel 8 litt.* εἰκός *suppl. Leo* ἐναντίον? — *totus locus ita se habet:* ϥuOδΑΜΙЄ ... O ...|... uΑΙΙδЄSTΑ ..|TO ... Αδ (vel O) ....| TIO ..., CONSuЄTuδI | NЄINT ... ϥuϡSO|ΙЄΒΑΝΤ *sqq. prima lac. 1½ cm. = 4 litt., altera 2 cm. = 5 litt., tertia ½ cm. = 2 litt., quarta 3 cm. = 7 litt., quinta 3¾ cm. = 9 litt., sexta 2 cm. = 4 litt., septima 2 cm. = 5 litt., octava 3 cm. = 7 litt. continet; litterae supplendae latt. sunt.* legati consensu valide stabilitur tota ratio ... fictionem e consuetudine intellegi ait, qua *sqq. suppl. Leo* 4 *lac. duar. litt. latt.* ut? *verbum* creta *Maius legit; hodie* .... Α *tantum cognoscitur* 8 ⟨inpressa⟩ *Leo* ⟨insolitae⟩ *mo* II ...‖ *lac. 2 cm. = 4 litt. latt.* 10 perpetuo *C* 12 *lac. 2½ cm. = 7 litt.* εἰρωνεία *suppl. Zg lac. 3 + 6¼ cm. = 21 litt.* στάσιν συντελικήν *suppl. Zg* στοιμὸν ἐμπίπτοντα? 12 uerissimi *C* 24 et *Cmo, corr. St*

situs sit, ut viderentur perdidisse, ne aut ipsi periclitarentur aut reo nocere non possent.

Quin ab hoc ignotissimo Fryge nobilissimum civem vindicetis. § 40.

Utrumque vehementer et ad deprimendum adversarium et ad extollendum reum, ut tantum in illo obscurata sit quantum in hoc inlustrata persona.

Homini enim Frygi, qui arborem numquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti. § 41.

... valde. Summa cum festivitate discussit inridens veneni criminationem, quod hic videretur unus de numero accusatorum Flacci repentina morte defunctus. ... interposita est aviditatis et intemperantiae barbari hominis, quem poma inusitata distenderint. Notemus igitur quasdam criminationes non pugnaci argumentatione, sed etiam festiva urbanitate dissolvi.

Flacco vero quid profuit? qui valuit tam diu, dum huc prodiret, mortuus est aculeo iam emisso ac dicto testimonio.

Leve putavit orator diligentissimus hanc suspicionem veneficii sola urbanitate discutere; conclusit etiam breviter argumentatione validissima nullum Flacco emolumentum fuisse in eius interitu, qui iam testimonium dixerat et vim criminationis ediderat. Unam autem occidendi fuisse rationem, antequam testimonium diceret, dicto autem iam testimonio magis potuisse crimen augeri quam periculum declinari.

Totoque Mithridatico crimine.

Eleganter et oratorio stomacho: *Mithridatico crimine* quasi Mithridatico bello. Id autem crimen significat, quod Mithridates ille Pergamenus intenderat.

Et qui ita sit ambitiosus, ut omnis vos nos-⟨que⟩ cotidie persalutet. § 42.

---

3 FRY‖CE 4 vindicetis *codd. Cic.* condonetis *C* 8 arborem *CV* arborem fici *rell. codd. Cic.* 9 uidisset *codd. Cic.* uidisse *C* obiecisti *codd. Cic.* obiecisse *C* 10 *lac. 3 cm. = 7 litt.* ἀστείως? 12 *lac. 2 + 3 cm. = 12 litt.* διατύπωσις? 14 non ⟨solum⟩ *Mai* 15 ARGUMENTATIONES|ΔΕΤΑΜ 16 PRO|FUIT 24 antequam *mo* et quam *C* 30 et *Cmo codd. Cic. corr. Baiter* 31 ⟨que⟩ *codd. Cic.* persalutet *codd. Cic.* persalutem *C*

Ambitiosum dicit demisse et officiosa quadam veneratione blandissimum, unde intellegere possis inproprie ambitiosos de adrogantibus dici; ambitio est enim favoris alicuius supplex et cum lenocinio humilitatis adfectatio gratiosa.

Turpissimis iudiciis.

Famosis, ut saepe iam dictum est.

§ 43. Et furti et pro socio damnatus est.

Per omnem decursum partis huius destruit personas testium singulorum, quo minus his credendum iudices arbitrentur, quibus nulla vitae honestas patrocinetur. Pro socio autem damnantur, qui aput arbitrum infideliter in societate gessisse convincuntur.

Nam Lysanias adeptus est ordinem senatorium, sed cum rem p. nimium amplecteretur peculatus damnatus est.

Eleganti verbo usus est: *amplecteretur*; est enim dubium, nam et qui diligit, amplectitur et qui spoliat et intercipit aliquid ex aerario.

§ 44. Quattuor mensaris.

Actus in Caria plerumque videtur per has personas et officia decurrere. Sed mensarios dicit, quos illi τραπεζίτας vocant.

Ex tanto numero deductus est nemo.

Ἀπὸ τῶν ἀπόντων συλλογισμός. Ex iis argumentatur, quae desunt accusatoribus ad probationem et quae omni modo constare deberent, si quid vere criminarentur.

§ 45. Quem iudicatum duxit Hermippus.

Persona hominis defloratur, ne quam possit auctoritatem testis aut religionem sibi vindicare, cuius pudor tanta ignominia profligatus sit: iudicati enim ducebantur.

Ultroque iis sumtum intulit.

Id est: etiam erogationem sumtus inputavit.

---

7 et pro furti *C* 12 uincuntur *Cmo, corr. Mai* 15 est *CV* et *rell. codd. Cic.* 17 quo diligit *C* 19 mensariis *codd. Cic.* 21 ΤΡΑΠΕΖΕΙ | ... *lac. 1 cm. = 3 litt.* 23 hoc tanto *codd. Cic.* 24 CYΛ| ... MOC *lac. 2½ cm. = 5 litt.* argumentantur *C* 27 hic duxit *codd. Cic.* 28 personam *C*

Heraclidam istum Temni postea nemo vidit.

Ἀπὸ τῶν ἔργων καὶ ἀπὸ τῆς πίστεως τοῦ ἀντιδίκου. Consequentia in argumentum deduxit eius, qui sibi huius fraudis conscius auxilium fugae petierit.

Qui tamen credidit P. Fulvii Nerati lectissimi § 46. hominis fide.

Eleganter, ne quid sibi ad testimonium probatae integritatis adsumeret Heraclides, pecuniam creditam illi, sub aliena tamen fide et promissione dicit, ut ille quidem male notus fuerit, aliis tamen oppositis, ⟨ut⟩ sibi pecunia crederetur, effecerit.

Hic hercle 'cornici oculum', ut dicitur.

Proverbio celeberrimo usus est, cuius et pro Murena mentionem facit. Cornix autem avis genus est, quod esse fertur acutissima visione et, quando aliquod ad cadaver offendit, praecipue invadere in oculos dicitur. Volens ergo significare Hermippum hominem callidissimum ab hoc eodem Heraclida esse deceptum ait non aliter iam accidisse, quam si cornici oculos effodias, cum ipsa vesci soleat alienis.

Habebat discipulos, quos dimidio redderet stultiores quam acceperat.

... Inludit personae rhetoris inperiti hanc eruditionem discipulorum fuisse in eis schola dicens, ut in ea nihil aliud disceretur praeter ignorantiam litterarum.

Infatuare. § 47.

Verbi novitatem consideremus.

---

13 pro Mur. XI 25 Inventus est scriba quidam, Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit ...

---

1 *verbi* ἔργων *legitur* ... ργων *lac. un. litt.* — *verbi* ΠΙ|CΤЄΩC *syllaba* ΠΙ *evanuit* 5 P. *codd. Cic.* L. *Cmo* 7 probate *C*

9 tantum *Or* 10 oppositisibi *C* 12 hЄRClЄ hic ercle *mo* ocumulum *C* 21 habebat discipulos *Cmo* habebat enim rhetor iste adulescentes quosdam locupletes *codd. Cic.* 23 *lac. un. cm.* + *un. lin.* + $1\frac{1}{2}$ *cm.* = *22 litt.* μετὰ χλευασμοῦ *suppl. Zg* χαριέντως παρὰ προσδοκίαν? 25 aliut *C*

§ 48. Homo audacissimus pertimuit, loquacissimus ommutuit.

Vehementer expressit vim conscientiae, cum et loquacissimo verba defuerint et inpudentia nihil audacissimo patrocinata sit.

§ 49. In duplum iret.

Dupli sponsionem faceret.

§ 51. Qui tunc te nudus delectaverat, semper nudum esse voluisti.

Asperrime hoc in mores Deciani, ut avaritiam probro illi daret et inpudicitiam, quippe dicit eundem Lysaniam efebum placuisse Deciano propter gratiam corporis nudum eundemque postea omnibus fortunis spoliatum; utrumque igitur aspergit infamia.

Eum spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coëgisti.

Artificialiter et dignitatem personis testium derogat et falsum dicendi causas interponit, ut nihil in totum religiosae fidei relinquatur.

Quidnam sit dicturus, exspecto.

... Praevenitur ab oratore imminens testimonium, ut aut nihil conari ad mentiendum audeant aut, priusquam dixerint, refellantur. Suspendit tamen et ipse responsionem, ne absurdum faceret copiosius exsequendo eam rem, quae non erat ab teste prolata.

§ 52. Trallianos causam publicam Maeandrio, homini sordido, commisisse.

Ὑπέκβασις fit ad refutandum publicum testimonium Trallianorum. Et bene praemisit orator habere quandam se et fratrem suum cum eodem populo necessitudinem, ut, quidquid adversus eos dixerit, necessitate fidei coactus dixisse videatur. Acutissime praeterea omnis auctoritas publica, quae adesse poterat civitati, deducitur in planum,

---

1 pertimuerit *C* 7 qua *vel* quoniam *codd. Cic.* tunc *C* tum *F om. rell. codd. Cic.* 19 si *C* 20 *lac. 4 + 2 cm. = 15 litt.* πρόληψις *suppl. Zg* προθεράπευσις? 25 Meandro *C* *lemma in codd. Cic. sic legitur:* Trallianos Maeandrio causam commisisse, homini egenti, sordido *sqq.*

cum solus Maeandrius ad testimonium dicendum processerit nullis ornamentis vel morum vel dignitatis instructus. Ita quod validum esse contra Flaccum poterat, ex contemplatione publici testimonii pro abiecto accipiendum videbitur uno loquente et eo, qui non sit aliqua honestate subnixus.

Quasi ministrator aderat. § 53.

Μεταφορικῶς accipe. Ministratorem [his] enim dicit, qui tela gladiatoribus suggerit; ad quem modum vult intellegi etiam ab hoc accusatoribus crimina subministrari.

Quare si hunc habent auctorem Tralliani dŏloris sui.

... Poten ...

(Desunt VIII paginae.)

... tem ad consulatum usque pervenerit, ille vero de- § 77.
posita tribunicia potestate damnatus sit; et firmamentum adicit huic argumentationi ... hunc quoque Decianum nihil aput animum Flacci resedisse ex illis inimicitiis credidisse, quandoquidem non dubitaverit sub eodem tribuno militare.

Cum prodire nollet; non est hoc in absentem, § 78.
sed in latentem.

... Breviter et expedite per definitionem probavit nihil inique iudicasse Flaccum, quando se non absentem fuisse probet eo tempore, quo sententia dicta sit, sed prodire noluisse fateatur se de conscientia malae causae.

Mitto, quod aliena, mitto, quod possessa § 79.
per vim.

---

1 Meandrius *Cmo cf. ad* 50, 26 4 adiecto *C* adfecto *mo, corr. Zg* 7 ministratur *C* 8 MINISTRATORE⁻| HIS ENIM DICIT ministratorem is enim dicit *m, corr. Or* ministrator is enim dicitur *Zg* 13 ..ATH....H *prior lac. un. litt. altera* $3^1/_2$ *cm.* = *6 litt. continet* poten‖ *C* potenter *vel* potentissime *suppl. St* 17 *lac. 4 cm.* + *un. lin.* = *24 litt.* ἀπὸ τῶν ἔργων τοῦ ἀντιδίκου? 21 nolles *codd. Cic.* nolet *C* 23 *lac. 5* + *2 cm.* = *16 litt.* σχῆμα ὁρισμοῦ *suppl. Zg* τόπος ἀφ' ὁρισμοῦ? 26 sed de *C om. m* scilicet de *St* de *Zg*

... quo genere figurae creberrime utitur; et idcirco semel atque iterum demonstratum iam in ceteris etiam sua sponte lector adgnoscet.

Subsignari aput aerarium aut aput censorem possint.

De iure loquitur praediorum, in quae per vim et iniuriam videbatur invasisse Decianus. Praedia autem, quae iure legitimo non habentur, neque aput aerarium subsignari neque aput censorem possunt. Et subsignandi haec solebat causa ⟨esse, ut⟩ aut qui vectigalia redimeret aut qui pro mancipe vectigalium fidem suam interponeret, loco pigneris praedia sua rei p. obligarent, quoad omnem pecuniam redemtores vectigalium repensarent.

§ 82. Ut duceret iudicium?

Ut protraheret causae cognitionem.

Invidisti ingenio subscriptoris tui; quod ornabat facete locum quem prenderat.

Haec ... Cicero dicit infantissimos oratores et nulla eloquentiae praeditos dignitate volens significare, quos nec pecunia corruptos ab aliquo suspicari quisquam debeat, quorum ingenium despici magis quam timeri oporteret.

§ 83. Et eum tu accusas avaritiae, quem dicis sestertium viciens voluisse perdere?

Cum stomachi asperitate proscidit Lucceium, qui tam nullius eloquentiae sit, ut Flaccus eam pecuniam fuerit perditurus eo parcente, qui tam inani esset ingenio, ut etsi maxime cuperet, tamen nocere non posset.

§ 84. Nihil potest de tutela legitima nisi omnium tutorum auctoritate deminui.

---

1 *lac. 6 cm. = 14 litt.* παρασιώπησις *suppl. mo* 5 possent *C* possint *codd. Cic.* 6 que *C* 10 causa ⟨esse ut⟩ *St* ⟨esse⟩ causa ⟨ut⟩ *mo* 14 iudicum *C* 17 facete *codd. Cic.* facile *C* 18 *lac. 4 cm. = 9 litt.* μετ' εἰρωνείας *suppl. Zg* εἰρωνικῶς? 23 auaritie *C* dicens *C* 24 perdere *codd. Cic.* prodere *Cmo* 25 Laelium *Cmo* 26 eum *C* 29 nihil enim *codd. Cic.* nisi *C* sine *codd. Cic.*

... Negotialem quaestiunculam facit proponente adversario inciviliter egisse Flaccum, quod bona cuiusdam Valeriae possederit, quae Androni Sestullio, marito suo, in manum convenerat. Hoc autem iuris observabatur, ut loco filiarum haberentur, quae in manum viris convenissent. Verum fuit haec Valeria de libertis Flacci, ac propterea in legitima tutela quasi aput patronum habebatur, nec videri poterat iure in manum convenisse, cum hic ei tutor legitimus auctor non fuerit, et ideo hereditas ad Flaccum legitimo iure pervenerit.

At istius hereditatis iam Globulo praetore Flacci nomine petita possessio est. § 85.

Responsio contra illud adhibetur, quod accusator obiecerat, non debuisse ipsum Flaccum de causa sua, hoc est hereditate ad se pertinenti iudicare, quoniam nemo sit iudex, qui de negotio suo non ita iudicet, ut sibi potissimum faveat. Itaque ... intulit plurimorum, qui, cum provincias administrarent, hereditates sibi vindicaverint et ... alii quam plurimi vindicaturi sint, quibus similiter obvenerit. Sed ut omni invidia liberaretur Flaccus, ait P. Globulum, decessorem illius, de portione huius hereditatis ante adventum Flacci iudicasse, quo magis appareat nihil incuriose decretum, cum id iudicaverit Flaccus, quod fuisset quivis alius, si de eadem causa cognosceret, iudicaturus.

An legationes liberas? § 86.

Eas nunc commeatus appellamus.

Nunc denique materculae suae festivus filius, aniculae minime suspiciosae, purgat se per epistulam. § 91.

---

1 *lac. un. lin.* + $2^1/_2$ *cm.* = *22 litt.* ζήτημα πραγματικόν?

3 Sextilio *codd. Cic.* 11 ad *C* 14 obicerat *Cmo* δ ΝΕΒΟΙSSΕ 17 *lac. 5* + *1 cm.* = *16 litt.* παραδείγματα? 19 *lac. statui* ⟨mimine dubitat, quin⟩? ali *Cmo, correxi coll. 104, 22* et ali⟨berta arreptam hereditatem defendit⟩ quam *Leo* 23 dicauerit *C* 26 legationes sumere liberas *codd. Cic.* 28 festius *C*

... fidem Falcidio, qui per luxuriam consumto patrimonio litteras calumniose compositas de avaritia Flacci ad matrem suam miserit, ut prodigos mores huiusmodi mendacio coloraret. Facit ergo μετάθεσιν, qua illi ostendat egestatis causam vitio suo accidisse, non huius iniquitate praetoris.

§ 92. Magnum erat ei certamen. Iste unus totam Asiam magnitudine poculorum bibendoque superavit.

Χαριέντισμα. [Ἡ] παραπροσδοκία. Iucundissime hoc contra opinionem intulit helluonem quendam et summa luxuria perditum volens ostendere, cui hoc unum genus exercitationis et gloriae fuerit conpotores suos ebrietate superare.

§ 94. Videtis, quo in motu temporum, quanţa in conversione rerum ac perturbatione versemur.

Κατὰ προσοχήν. Conmovetur iam peroratio magnitudinem beneficiorum L. Flacci complexa, quae pendent ex consulatu ipso Ciceronis, quo videtur magno usui rei p. fuisse investigata coniuratione Catilinae et deprehensis in ponte Mulvio Allobrogum legatis. Proficiet igitur ad consilium compensativae defensionis, quam vult orator in hac causa non mediocriter valere, ut etsi alicuius suspicionis videatur obnoxius, tamen contemplatione insignium meritorum ab huius damnationis periculo protegendus sit. Praeterea in toto contextu huius epilogi et de ⟨se⟩ ipse Tullius plurimum dicit, quasi per communionem rerum, quas pro patriae salute gesserunt, ambo rei et ambo absolvendi sint.

---

18 Sall. Cat. XLV 1 Cicero per legatos cuncta edoctus L. Valerio Flacco et C. Pomptino praetoribus imperat, ut in ponte Mulvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. *cf.* Cic. in Cat. III 2, 5 *sqq.*

---

1 EPISTULAM ... O ... |TO ... FIDE FALCIDIO *sqq.* *prima lac. 2½ cm. = 5 litt. latt., altera 1 cm. = 2 litt. latt., tertia 3 cm. = 6 litt. latt. continet* hic destruit *suppl. Zg* bene (ridens *Leo*) orator destruit? fidem *corr. Z* 3 mendicatio *Cmo* 4 quam *Cmo, corr. Zg* 9 *lac. 2½ cm. = 5 litt.* 10 summam *C* 11 praeditum *Cmo, corr. Leo* 15 non mouetur *C* 16 ¶· 18 INUESTIGATIONA 21 suspicioni‖ *Cmo* 24 et *om. mo* ⟨se⟩ *mo* ipso *m* 25 quasi *C*

M'. Aquilium patres nostri. § 98.

Commemorationem facit huius Aquilii et in Verrinis orationibus, qui bellum in Sicilia contra fugitivos gessit et gloriose multa confecit. Horum igitur enumeratio exemplorum πρὸς τὴν ἀντίστασιν operatur, ut, cum illis omnibus causam dicentibus gloriae suae profuerint, huic etiam Flacco prodesse debeat, quod coniurationis indicia deprehenderit.

Quem posthac tam amentem fore putatis? § 105.

Οἰκτιρμός. ⟨Ut⟩ magis moveret, addidit conservandos bene de re p. meritos viros, ut ceteri huius devotionis imitentur exemplum.

Huic, huic misero puero. § 106.

... intulit secutus videlicet suam consuetudinem et artis oratoriae disciplinam, ut lacrimosis adfectibus prope sententiam iudices impleantur.

PRO FLACCO EXP·
INCIPIT CUM
SENATUI GRATIAS
EGIT.

Oratio⟨num ordo⟩ Tulli⟨anarum⟩ ... ⟨pos⟩tulabat, ut praecedentis commentario eam subiceremus, quae inscribitur: Si eum P. Clodius legibus interrogasset, quae oratio videtur post mortem eius inventa. Sed quoniam plurimae consequentur, in quibus ⟨eadem⟩ paene omnia dicturus est, eximendam numero arbitratus sum,

2 Cic. in Verr. V 2, 5 Quid dicis? an bello fugitivorum Siciliam virtute tua liberatam? ... nos enim post illud bellum, quod M'. Aquilius confecit, sic accepimus, nullum in Sicilia fugitivorum bellum fuisse.

1 M'. *Lambinus* M. *codd. Cic. Cmo* 10 ... K .. PM ... *prima lac. et altera* ½ *cm.* = *2 litt. continent, tertia* 1½ *cm.* = *4 litt.* ⟨ut⟩ *mo* 14 *lac. 6 cm.* = *14 litt.* ἐμπαθῆ ἐπίλογον? 21 *uncis inclusa suppl. mo prior lac. 5 cm.* = *13 litt. latt., altera 5 cm.* + *un. lin.* = *21 litt. latt.* ⟨a nobis pos⟩tulabat *mo* 25 eadem *inserui coll. 58, 13* pene *Cmo* 26 omnia *Cm* omnia (communia?) *o*

quando rebus nihil depereat, quae sine dubio in aliarum tractatione reddentur; nam plurifariam et de consulatu suo et de exilio et contra eundem Clodium locuturus est. Consideremus igitur . . .

(Desunt XII paginae.)

§ 15. . . . non esse deceptum hac simulatione Pisonis, quem penitus cognitum habuerit, propter generum suum scilicet C. Pisonem, qui erat ex eadem familia; sed populum vel maxime deceptum, qui vultui magis eius quam rebus credideri t, ut consulem designaret. Quod vero ait de materno sanguine Transalpino, aequo plenius in ea oratione, quae in Pisonem habita est, continetur. Non vult ergo iudicio populi consulem factum videri, sed errore.

§ 16. L. Piso.

. . . Insectatur non tantum mores eius, sed etiam linimenta voltus et omnem habitum, quo gravitatem non praeferat, sed mentiatur. Oratio cum acerbitate stomachi concepta, ut ipsis verborum qualitatibus animus irascentis appareat.

Sed ne luctu quidem ac vestitu rei p. subvenire.

Cum decrevisset enim senatus vestis mutationem, videlicet adiuturus causam Ciceronis, ab iisdem consulibus

---

10 in Pis. fragm. 10 Hic cum a domo ⟨profectus⟩ Placentiae forte consedit et paucis ⟨post annis⟩ in eam civitatem . . . ascendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus fuit, ad extremum Placentinus haberi coeptus est. fragm. 14 . . . tua illa nescio quibus a terris apportata mater . . . 23, 53 o familiae non dicam Calpurniae, sed Calventiae, neque huius urbis, sed Placentini municipii, neque paterni generis, sed bracatae cognationis dedecus! 26, 62 . . . o paterni generis oblite, materni vix memor! ita nescio, quid istuc fractum, . . . inferius etiam est, quam ut Mediolanensi praecone, avo tuo, dignum esse videatur.

---

6 ‖non *C* ⟨Ait se⟩ non *mo* 7 paenitus *Cmo*

11 TRANSALPINAEQUO 15 *lac. 5 + 4 cm. vel 4 cm. = 21 vel 9 litt.* χλευασμός *vel* χλευασμῷ *suppl. Zg*

coactus est habitum suum pristinum, laetiorem scilicet, recuperare. Et se igitur amplificat, qui tantum dolorem omnium meruerit, et hunc quasi tyrannum insectatur, qui senatui nec lugere permiserit.

Capuaene te putabas? § 17.

Fuit enim Piso natione Campanus. Βαρέως itaque Capuensibus adscribit vitium superbiae, quod ipsum et in ea oratione facit, quam habuit contra legem agrariam, copiosius multo et effusius.

Te misericordem fuisse? Quo verbo ceteros demonstrabas crudeles fuisse.

Ἐκ τοῦ ἐναντίου. Syllogismo usus est breviter a contrario, ut qui se misericordem dixerit, crudelitatem senatui exprobraverit.

Tu misericors me adfinem tuum constrictum inimicis tradidisti.

Εἰρημένον εἰς εἰπόντα. In eundem Pisonem retorsit invidiam crudelitatis, qui nec sibi contemplatione adfinitatis opem tulerit magis consentiens actionibus Clodianis.

Nondum palam factum erat occidisse rem p. § 18.

Haec etiam μεταφορὰ est ab hominibus iam demortuis et deploratis, de quibus dicitur 'palam factum', cum mors eorum nuntiatur. 'Arbitria' vero funeris sumtus dicit illos, qui ad exhibitionem funeris inpenduntur per eos, qui exsequiendae sepulturae curam sustinent. Et hos ergo inimicos . . .

(Desunt VI paginae.)

---

8 Cic. de lege agr. I 6, 18 Qui locus (*scil.* Capua) propter ubertatem agrorum abundantiamque rerum omnium superbiam et crudelitatem genuisse dicitur *sqq.* 7, 20 . . . nata inibi esse haec (*scil.* superbia) ex Campanorum fastidio videtur.

---

3 meruit *Cmo, corr. Or* TSPANNu‾‖ 6 NATIONEM PANuS BAPIωC 10 te semper *codd. Cic.* ceteros *Cmo* senatum atque omnes bonos *codd. Cic.* 11 crudeles demonstrabas fuisse *codd. Cic.* 15 tulum *C* 16 inimicis rei publicae *codd. Cic.* 17 . . . P . . . . | MENONEICC . . . T . . . *prima lac. et altera 1 cm. = 2 litt. continent, tertia 1¾ cm. = 4 litt., quarta 1 cm. = 2 litt.* 21 METAΦOPIA 25 coram *C*

§ 38. ... senatu decernente cum filio exolavit et in Africa delituit aliquamdiu, postea vero bello civili exorto, quod adversum se Cn. Octavius et L. Cinna gesserunt, in Italiam rediit victorque et adeptus consulatum septimum cum eodem Cinna dominationem gravissimam exercuit et plurimos consularium proscribtos interfici iussit.

⟨INCIPIT⟩ CUM POPULO ⟨GRATIAS EGIT⟩

... superiore commune est. Restitutus enim M. Tullius, quod eandem causam beneficii videbat in suam dignitatem prope omnium favore conlati, cum gratias egisset senatui, etiam populo consequenter agendas arbitratus in contionem processit et eadem paene, quae aput patres conscriptos dixerat, nunc etiam populo audiente percenset magis, ut opinor, gloriae suae consulens, ut existimetur omnium ordinum consensu restitutus nec ulla ⟨pars⟩ populi ab sua dignitate dissenserit: quo videlicet honestius gloriatur necessarium se tuendae patriae iudicatum. Et hic igitur demonstrativae qualitatis implet exsecutionem simul et beneficia commemorans et vim querellae in invidiam conferens inimicorum, quia sive auctores fuerant exolandi sive quia diu facultatem non permiserant revertendi.

EXPLANATIO

§ 1. Quod precatus a Iove optimo maximo.

Sponsionem quandam votorum suorum perquam oratorie facit in exordio, ut non humanitus modo, verum etiam divinitus de restitutione sua iudicatum intellegi velit, quandoquidem sic eum constet omnia in praeteritum pro

1 *sqq. cf.* Liv. per. LXXVII. LXXIX. Flor. II 9, 8.
6 *cf.* Oros. V 19, 19 (1—6 *ex Livio?*).

1 senatu *mo* ‖tu *C* 2 exortu *C* quo *C* 3 CINNA 9 *lac. 3 lin.* = *54 litt. latt.* ⟨argumentum huius orationis Tullianae prorsus cum⟩ *mo* 16 consensus *C* ⟨pars⟩ *mo* 19 exsecutione *C* 20 quaerellae *C* 21 qui *Cmo, corr. Mai* 23 C\.lANATIO *lac. litt. suppl. congruens*

patriae incolumitate sensisse, ut numquam de suo periculo laboraret, cum exilium non meruerit aeternum, sed mature in patriam et decretis senatus et consensu populi restitutus sit.

Miseram profectionem.

Vigilanter medellam pudori suo adhibuit dicendo tristem magis profectionem quam ignominiosum illud exilium fuisse, ut non sit infame, quod solam habuerit iniuriam.

Eius devotionis me esse convictum iudicio deorum.

Vetuste locutus est: voti enim convictos dicimus eos, qui ad effectum perveniant eorum, quae sibi evenire semper optaverint. Convictum ergo se dicit.

Non tantae voluptati erant suscepti, quantae nunc sunt restituti. § 2.

Concepte posita sententia. Etenim cum manet inlibata felicitas, minor est gratulantium fructus; cum vero ab dolore intercedentis iniuriae ad prosperitatem fortunae revocatur, pressiore iudicio sensus felicitatis accipitur.

Sed tamquam bona valetudo iucundior est iis, qui ⟨e⟩ gravi morbo recreati sunt. § 4.

Ἀπὸ τοῦ ὁμοίου ἐπιχείρημα. Et supra copiose et hic abundantissime dilatavit sententiam volens ostendere plus esse gratulationis mala depulisse quam fortunae incommoda numquam sentire potuisse, quippe sensus incommodorum commendabilia facit illa, quae prospera sunt. Qualis sententia Vergiliana est: 'Forsan et haec olim meminisse iuvabit.' Verum Plato in πολιτείᾳ his, ut opinor, verbis

27 Aen. I 203.
28 IX 9, 583 CD.

2 maturae *C* 5 professionem *C* 6 medellam *Cmo* 9 iudicium *C* 11 conuictus *C* 12 ꝗ· SIBIUЄNIRЄ 14 tanta voluptate . . . quanta *codd. Cic.* 16 conceptae C 21 ⟨e⟩ *codd. Cic.* 22 ЄΠ . . . HMA *lac.* $1^3/_4$ *cm.* = *5 litt.* 25 SЄNSU¯| 27 FORSIAN forsitan *mo* 28 iuuauit *C* verum *St* uero ut *C* vel ut *mo* ΠΟΛЄΙΤΙΑ

eandem conceptionem sententiae posuit: 'ἆρ' οὐ μνημονεύεις τοὺς τῶν καμνόντων λόγους, οὓς λέγουσιν, ὅτε ἂν κάμνωσιν, ὡς οὐδὲν ἄρ' ἐστιν ἥδιον ⟨τοῦ ὑγιαίνειν, ἀλλὰ σφ⟩ᾶς ἐλελήθει πρὶν κάμνειν ἥδιστον ὄν;' et Isocrates: '⟨Κα⟩ὶ γὰρ τ⟨ῆς⟩ ὑγι⟨είας⟩ πλείς⟨την ἐπιμέλει⟩αν ἔχομεν, ὅτα⟨ν τὰς λύπας τὰς ἐκ τῆς ἀρρω⟩στία⟨ς ἀναμνησθῶμεν⟩.'

§ 5. A parentibus, id quod necesse erat, parvus sum procreatus, a vobis natus sum consularis.

Popularis magis quam pressa et gravis haec sententia videtur, sed facit ad aures volgi, ut cum parentes procreaverint hominem, ipsi provexisse et quodammodo gradibus honorum conroborasse videantur, *senatoriam dignitatem*. Et hoc totum facit ... cum populi gratia conferendo beneficia divina, ut eo libentius dicentem populus audiat plus populo consecutum quam aput ipsos deos inmortales habuerit optatum.

§ 6. Non enim pro meo reditu ut pro Popili.

... Conparatione facta reditus sui cum P. Popilio, qui C. Graccho cesserat, et cum Q. Metello, cui Apuleius Saturninus causa exilii fuerat, ostendit se maiorem gloriam ....

(Desunt VII paginae.)

⟨INCIPIT PRO MILONE⟩

(Deest una pagina.)

...cho esset, utrimque inter servos oborta est iurgiosa certatio et ad gladios usque processum, ut metu per-

4 πρὸς Δημόνικον § 35.

25 *sqq. cf.* Liv. per. CVII *ex quo Schilling putat locum descriptum esse. At cf.* Cass. Dio XL 48, 2.

1 οὐ *codd. Plat.* OYN| 2 KAMNONTΩ 3 OYΔΔEN *uncis inclusa in lac. 3 + 4 cm. perierunt* 5 *sqq. uncis inclusa in lacc. congruentibus perierunt* 7 PARUUSCu¯| 12 senatoriam dignitatem *Cmo* senatoriam ⟨ad⟩ dignitatem *St* 13 *lac. 1 + 4½ cm. = 11 litt.* συγκριτικῶς *suppl. mo* 14 UT (U *ex* E *corr.*) consecutus *Cmo* consecutum se *Or, corr. St* 16 POPUlI P. Popilii *mo* P. Popili *codd. Cic.* 17 *lac. 2 lin. + 5½ cm. = 45 litt. ultimae duae litterae videntur esse* IN. *His 1 cm. occupatur* συλλογισμὸς ἀπὸ παραδειγμάτων κατὰ σύγκρισιν? 19 ostendit se *mo* ostendisse C 20 glo‖ *C* gloriam adeptum *mo* 24 obhorta *Cmo*

agitatus ad Bovillas in cauponulam quandam P. Clodius fugiens concederet. Quem secuti non sua sponte, ut in hac defensione Tullius loquitur pro sui officii necessitate, sed iussu domini, qui hoc maxime praeoptaverat, servi Milonis interemerunt. Post quod facinus perpetratum et nuntio Romam perlato vehemens in Milonem invidia commota est. Adlato etiam cadavere nobilissimi senatoris et popularis viri, post denique iniecto in curiam Hostiliam faces subiectae sunt ab turbulenta et sordida multitudine, cui et vita P. Clodi nimium fructuosa in praeteritum fuerat et tunc mors acerba erat. Quibus turbis et seditionibus adversus Milonem flagrantibus convocato senatu decretum est caedem in Appia via contra rem p. esse commissam. Cn. etiam Pompeius, qui tunc sine collega tertium consulatum gerebat, tulit legem, ut de eadem caede extra ordinem quaereretur. Ac primo quidem iudices consederunt in aede Saturni. Et gerendam causam pro debita necessitudine nec minus voto, quo inimici sui interitum gratulabatur, Cicero suscepit. Sed quoniam et turbulenta res erat et confessa caedes et ad seditionem populus inflammatus et circumpositi iudicio milites et non longe praesidens consul ipse Pompeius obnixe studens in damnationem Milonis, perferri defensio ista non potuit, nam metu consternatus et ipse Tullius pedem rettulit et exstat alius praeterea liber actorum pro Milone, in quo omnia interrupta et inpolita et rudia, plena denique maximi terroris agnoscas. Hanc orationem postea legitimo opere et maiore cura, utpote iam confirmato animo et in

---

1 CAMPONULLAM (u) 5 interemerint *Cmo, corr. St* 6 inuidiam *C* 7 *post* est *C punctum habet* 8 POPULARIS|| ET UIRI BOSTILIAM (h) 10 CUIERITAPUTCLODI| (TU) FRUCTUOSA R *ex* l *correcto* 11 *post* erat *C punctum habet* 12 FLAGA¯|TIB· 13 *iuxta verba* convocato — caedem C_2 *in marg. scripsit:* ... dinſenatu|caeδ ... 17 CERNE¯|δAM *Cmo, corr. St* orandam *Or* 19 *post* suscepit *C punctum habet* 21 et *mo* sed *C* 22 obnixae *C* 25 exsistat *C* exsistit *mo, corr. Zg*

securitate conscribsit. Sed enim, cum ratio defensionis huius ordinaretur, quonam modo et secundum quem potissimum statum agi pro Milone oporteret, M. Brutus existimavit κατὰ ἀντίςταςιν pro eo esse dicendum, quae a nobis nominatur qualitas compensativa. Hoc enimvero Ciceroni visum est parum salubre, nam maluit ἀντεγκλήματος specie, id est rela . . .

(Desunt VIII paginae.)

§ 7. . . . vestrae quaestionis, videntur ea esse refutanda, quae et in senatu ab inimicis

dixit: iam detraxit illi decreto auctoritatem . . . malevolentiae. Et quod addidit statim

iactata sunt

non decreta, non statuta, non iudicata, verbo usus est efficaciter ad detrahendum pondus illi senatusconsulto, quo reus gravatur. Post haec etiam significaturus legem Pompeiam

Et in contione ab inprobis

inquit. Molestum namque fuisset, si a populo adiceret: *ab inprobis* maluit, ut ne illud plebiscitum pro gravissimo ducendum sit, quod inprobi et studentes iniuriae conceperunt. Ad extremum tertio gradu in hunc exitum desinit:

Et paulo ante ab accusatoribus.

Omne enim, quod accusatores comminiscuntur, non aequitatis iudicio, sed nocendi proposito moliuntur. Haec

---

3 *cf.* Ascon. in Milon. 30, 9 *sqq.* Quintil. III 6, 93.

---

4 *verba graeca C atramento scripsit* 6 ἀντεγκλήματος *Zg* . . . Ε . . . Λ . . . | . . . C *prima lac.* $1^1/_2$, *altera 1, tertia* $1^1/_2$, *quarta* $1^1/_2$ *cm. continet, spatia litt. suppl. congrua in mg. addidit* C_2 q 9 ‖trae *C* 10 *post verbum* senatu *a* C_2 *addita sunt:* ab inimicis saepe iactata sunt. nam quod 11 *post verbum* auctoritatem *a* C_2 *addita sunt:* cui potest propter simultates inesse studium *ego lacunam statui* ⟨insimulatione⟩? malaeuolentiae *C* 13 iacta *C, corr. mo*

16 GRA^{ba}UATUR 18 contentionem *C* 20 illut *C*

24 QUOD|~~AB~~ACCUSATORES 25 bAE^{c}ITAQ·|

itaque vivacitas M. Tullio propria est, ut antequam argumentationis impleat, victoriam praelibet in ipsis propositionibus.

Negant intueri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur.

Hoc primum adgressus refutare in omnibus caedibus non confessiones esse damnandas, sed causas potissimum requirendas. Cui responsioni adhibet firmamentum ... antiquitus Horatium quoque non caede vulgari, set de parricidio, hoc est interempta sorore confessum absolvi tamen probata aequitate meruisse. Quippe Horatius victor Romam regressus occisis tribus Curiatis Albanorum obviam sororem habuit deplangentem Atti Curiati obitum, cui desponsa fuerat. Ob ⟨id⟩ interfecit eam frater et spolia Curiatiorum trina fixit loco celebri, cui pilae Horatiae nomen est. Hic tamen caedis accusatus ab inimicis, cum capitis causam aput Tullum regem patre defendente dixisset,

---

11 *sqq. cf.* Festus s. v. sororium tigillum (M. p. 105) cum ... Horatius noster exsuperasset victorque domum reverteretur, obvia soror cognita morte sponsi sui fratris manu occisi aversata est eius osculum, quo nomine Horatius interfecit eam. *cf.* Liv. I 26, 2 *sqq.* cui soror virgo, quae desponsa uni ex Curiatiis fuerat, obvia fuit; ... flebiliter ... nomine sponsum ... appellat.

15 *sqq. cf.* Liv. I 26, 10 senex ... spolia Curiatiorum fixa eo loco, qui nunc pila Horatia appellatur, ostentans.

16 *cf.* Liv. I 26, 6 *sqq.* raptus in ius ad regem ... auctore Tullo.

17 *sqq. cf.* Festus *l. c.* damnatusque provocavit ad populum.

---

1 VIVACITAS 4 *syllabae* NIB· *verbi* propositionibus *C in sinistro marg.* K *adscripsit* 8 athibet *C* *lac. 2 cm.* + *un. lin.* + *4 cm.* = *33 litt.* ἐκ τοῦ ὁμοίου παραδείγματι κεκριμένῳ? 9 +NCAEDE 11 probatae *C* MERUISSE 12 OCCISIS 14 ⟨id⟩ *mo* 15 Curiatorum *Cmo (sic!), corr. St* oratio *C* 17 CAPTIS *C* TULLUM|REGEM

damnatus ad populum provocavit absolutusque est et tamen expiari iussus. Constitutis igitur duabus aris Iano Curiatio et Iunoni Sororiae superque eas iniecto tigillo Horatius sub iugum traductus est. Id expiamentum memoriae servatum ad hunc usque diem tigillum sororium appellatur.

Qui nondum libera civitate.

... adhuc in servitio fuisse rem p. et tamen habuisse liberum spiritum de aequitate facinoris iudicandi.

(Desunt II paginae.)

§ 8. ... Saturninum et Servilium Glauciam Capitolio deductos interfici iussit. Senatus denique M. Tullio consule Lentulum ceterosque in carcere puniendos censuit. Necessario igitur hanc enumerationem facit, qua plenius doceat nonnumquam caedes iure optimo fieri posse.

Eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset.

Μυθῶδες hoc exemplum videri poterat, de Oreste scilicet, a quo adultera mater occisa est: noluit in primo constituere nec in postremo, sed in medio, ut utrimque

---

1 *sqq. cf.* Liv. I 26, 12 absolverunt ... imperatum patri, ut filium expiaret.

2 *sqq. cf.* Festus *l. c.* duo tigilla tertio superiecto, quae pater eius constituerat, velut sub iugum missus subit, consecratisque ibi aris Iunoni Sororiae et Iano Curiatio ...

5 *cf.* Liv. I 26, 13 id hodie quoque publice semper refectum manet; sororium tigillum vocant.

11 *cf.* Appian. b. c. I 32. Plutarch. Marius 30 (*ex Livio? cf.* perioch. LXIX).

---

1 dAMNATUS d *ex* I correcto set *Halm* 2 CON STITUTIS ARISANO 4 *post* est *C punctum habet* 5 IGILLUM 8 *lac. 4 + 3½ cm. aut 3½ cm. = 17 aut 9 litt.* ἀπ' ἐλάττονος τόπος? REP. 11 ‖turninum *C* ⟨hic consul Sa⟩turninum *mo* 13 NECESSARIOS 18 ⟨quia⟩ μυθῶδες *mo* 19 id C_2 *supra* in *suppl.* 20 UTRUMQ.

firmitatem de exemplis verioribus mutuetur: tamen et ipsi, quamvis aliquantum levi et fabuloso, consideremus quanto ingenio firmitatem pariat orator ita inferens: *itaque hoc, iudices, non sine causa etiam fictis fabulis.* Levitatem habent summam fictiones fabularum, sed quid adiecit? *Doctissimi homines memoriae prodiderunt*; ut scriptorum peritia det exemplo quamvis minus idoneo firmitatem.

Gladium nobis ad hominem occidendum ab ipsis porrigi legibus. § 9.

Βιαίως auctoritatem XII tabularum ad defendendam confessionem Milonis trahit, quae grassatoris interficiendi potestatem faciunt per diem, si armatus veniat, noctu vero, quoquo modo venerit. ... huic argumentatio est in illa oratione, quae Pro M. Tullio inscribitur. Ibi quippe, quoniam aliut praesentis negotii condicio poscebat, ipsas quoque XII tabulas adseveravit excubare pro hominum salute, quae hanc interemendi potestatem non facile permiserint.

Atqui si tempus est ullum iure hominis necandi.

---

14 Cic. pro Tullio 21, 49 *sqq.* istae ... leges ... significant, quam noluerint maiores nostri ... hominem occidi. Quid ad hanc clementiam addi potest, qui ne hoc quidem permiserint, ut domi suae caput suum sine testibus et arbitris ferro defendere liceret?

---

1 FIRMI|TATE M δE TAMEN|ET quod (E *ex* I *correcto*) ETFABULOSØUM| 3 *post* orator *C punctum habet* itaque *codd. Cic.* atque *Cmo* 4 IUδ · SINE NON 5 FICTIONE S M quid| 6 PRO|δIδERUNT UT SCRIPTORU¯| *diiudicari nequit, utrum* C_1 *an* C_2 ut *scripserit* 7 EXEMPLU (O *ex* U *correcto*) idoneam *C* 8 *iuxta* gladium *in sinistro margine C adscripsit* K ad *codd. Cic.* ab *C* 11 QUAE 12 FACI U NT vere *C* 13 *lac.* $3\frac{1}{2}$ *cm.* = 7 *litt.* ἐναντία *suppl. mo* 16 δδSEUERABIT U EXCUBA|R E

... Pertinenter et cito a genere ad speciem prolapsus est hoc iam confirmaturus alio exemplo et iudicato insidiatorem P. Clodium interfici a Milone potuisse, quando etiam miles in exercitu C. Mari de tribuni sui interemptione confessus imperatoris ipsius iudicio liberatus sit. Fuit autem C. Lusius tribunus militum, sororis filius C. Mari, qui bello Cimbrico P. Trebonium sive Arruntium, militem suum, liberali facie praeditum cum partim minando partim praemio offerendo ad consensum stupri non potuisset inlicere, nocte intempesta pro potestate vocari eundem iussit. Ille causam suspicatus ...

(Desunt II paginae.)

... ⟨cum⟩ Milone sensissent.

§ 12. Declarant huius ambusti tribuni pl.

Titum Munatium Plancum significari manifestum est. De cuius contionibus querulis et invidiosis illud confirmat orator adeo universum senatum Miloni favisse, ut de potentia nimia sive gratia Ciceronis idem tribunus pl. in contione quereretur, quasi eo dante operam fieret, ut proclivior senatus esset ad liberandum Milonem. Hunc vero 'ambustum tribunum pl.' eapropter dicit, quod aut

---

6 *cf.* Val. Max. VI 1, 12. Plut. Marius 14. Quint. III 11, 14 *(ex Livio?)*.

15 Ascon. (ad h. l.) 37, 12 T. Munatius Plancus et Q. Pompeius Rufus ... contionati sunt eo ipso tempore plebemque in Milonem accenderunt, quo propter Clodi corpus curia incensa est, nec prius destiterunt, quam flamma eius incendii fugati sunt e contione. ... Ob hoc T. Munatium ambustum tribunum appellat.

---

1 *lac. 2 cm.* + *un. lin.* = *22 litt.* τόπος ἀπὸ γένους *suppl. Zg malim* τ. ἀ. γ. ἐπὶ εἶδος spectem *C* 2 ex *Zg* 4 etia *C* 6 CLVSIVSTRIBVNI 8 facile *C* 11 suspica‖ *C* 15 *post* est *punctum habet C* 16 illut *C* quaerulis *C* 17 FVISSE 19 quaereretur *C* 20 LIBERANDVM 21 VIRO

videri hoc velit ipso instigante incensam curiam aut eundem ardentis curiae incendio esse deterritum, quominus diu contionaretur. Et plane ... quod sequitur:

Intermortuae contiones,

quas suspicari possumus consternatas vicinitate flammarum.

Quae quidem si potentia est appellanda.

... definiens multifariam non illam potentiam fuisse Ciceronis, sed iustissimam gratiam, quam semper officiorum sedulitate meruisset.

Appelletur ita sane [potentia], dum ea nos utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum.

... concessit aliquid de potentia, sed vigilanter subiecit exceptionem per ... omnem vim dicens potentiae suae in perniciem malorum pro bonis constanter operatam.

Cuius enim de incesto stupro iudicium de- § 13.
cernendi senatui potestas esset erepta, de eius interitu quis potest credere senatum iudicium novum constituendum putasse?

... Hoc firmare contendit per coniecturam de animo senatus: nihil eum ad ulciscendum mortem P. Clodi voluntatis habuisse. Set ut magis eum gravaret, qui interemptus est, exemplum de criminibus eius adsumpsit: quod, cum intra caerimonias Bonae Deae incestum cum pontificis uxore fecisset, nihil novae quaestionis potuerit senatus

---

1 IP|SOSTIGANTE 3 CON|SONARETUR *C* *in lac.* $5^3/_4$ *cm.* = *14 litt. legitur* Ε *vel* C *vel* O *ita, ut ante* $4^1/_4$, *post 1 cm. vacua sint* μεταφορικῶς? 4 *syllabae* ae *verbi* intermortuae *in sinistro margine C* K *adscripsit* 5 SUS|SUSPICARI 8 *lac.* $2 + 4^3/_4$ *vel* $4^3/_4$ *cm.* = *17 vel 13 litt.* ἀφορισμὸς *vel* διορισμὸς *suppl. Zg* καθ' ὁρισμόν? 11 sane potentia dum *Cmo* sane dummodo *codd. Cic.* 12 CONTR 13 *lac.* $2^1/_2$ *cm.* + *un. lin. aut un. lin.* = *23 aut 17 litt.* κατ' ἐπιτροπήν *suppl. Zg* κατὰ συγχώρησιν?

14 *lac. 4 cm.* = *11 litt.* ἀνθορισμόν? 15 OPERATUM 16 de illo incesto *codd. Cic.* incestu *Cmo* 17 erepta de *codd. Cic.* ereptae *C* 20 *lac. 5 cm.* = *12 litt.* στοχασμός *suppl. Zg* coniectura *C* 21 Clodio *C* 23 habuisset *C* habuisse et *mo, corr. Zg* 24 incaestum *C* 25 uxoreffecisset *C*

decernere, cum hoc maxime vellet. Ita in hac parte Tullius et confirmat iuris veteris auctoritatem et adhuc odio dignam ⟨personam⟩ facit eius, qui de incesto fuerit infamis.

Cur igitur incendium curiae, oppugnationem aedium M. Lepidi, caedem senatus contra rem p. factam esse decrevit?

. . . utebatur accusator ex eo videlicet adseverans vere hanc a senatu caedem praedamnatam, cum decreverit contra rem p. commissum videri, quod exarsisset curia quodque domus M. Lepidi oppugnata esset. Nam M. Aemilius Lepidus cum interregno fungeretur et plerique inita conspiratione hoc ab eo postularent maxime urguentibus Milonis competitoribus, ut haberet comitia consularia, respondit civiliter non posse per se comitia haberi, quoniam primus interrex illo tempore esset proditus biduo post interemptionem P. Clodi; et erat in

8 *sqq.* Ascon. (ad h. l.) 37, 25 Post biduum medium quam Clodius occisus erat, interrex primus proditus est M. Aemilius Lepidus. Non fuit autem moris ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberi. Sed Scipionis et Hypsaei factiones . . . cum contra ius postularent, ut interrex ad comitia consulum creandorum descenderet, idque ipse non faceret, domum eius per omnes interregni dies (fuerunt autem ex more quinque) obsederunt. . . . Post quae supervenit Milonis manus et ipsa postulans comitia; cuius adventus fuit saluti Lepido: in se enim ipsae conversae sunt factiones inimicae, atque ita oppugnatio domus interregis omissa est.

1 cernere *Cmo, corr. Or* 2 ullius *C* nullius *mo, corr. Zg* et *C Zg* esse *mo* veteris *Zg* ceteris *C* scilicet *mo* certi *Or* 3 dignum facit eum *mo* dignam f. ⟨memoriam⟩ eius *Or, similiter Zg* incaesto *C* 6 caedem hanc ipsam contra rem publicam senatus factam *codd. Cic.* 7 facta *C* 8 *lac. 5 cm. = 12 litt.* κεκριμένῳ? utebantur accusatores *mo* adseuerantes *Cmo, corr. St* 9 praedam *C* 10 commissam *mo* QUOEXΔR|SITSETCURIΔQUOQ · ⟨incendium dicit⟩ quo exarsit ⟨non solum Clodii pyra⟩ sed curia quoque *mo* 11 Laepidi *C* 12 · M · ΔE | MILIUSIΔEPIδIUSQUI | cum M. Aemilius Lepidus *mo, corr. St* 13 postularent *mo* conspiraret *C* 14 haberetet *C*

vetere consuetudine, ut non is ⟨qui primus interrex esset, comitia haberet, sed⟩ qui loco secundo crearetur. Non obsequens tamen illi conspiratae multitudini, quam Plautius Hypsaeus et Metellus Scipio concitaverant, in periculum deductus est, ut domus eius inpugnaretur et obsidionem dierum quinque pateretur. Cui ad extremum sola factio Milonis auxilio fuit, qua decertante cum adversaria perfectum est, ut exueretur periculo, quo artissime premebatur.

Quia nulla vis umquam est in libera civitate suscepta inter civis non contra rem p.

Nimium . . . Adversus propositionem partis adversae facta responsio est tenuiter et anguste. Hoc enim probare conititur illo decreto senatus non factum Milonis praedamnatum, set generaliter ipsam vim notatam, quae inter duos evenerat, ut remota faciendi causa displicuerit senatui aliquid per vim inter cives esse commissum, ita tamen, ut non ademerit Miloni facultatem reddendae rationis, cur ab se facinus illud admissum sit. Et hoc munit exemplis pluribus eorum, quos ex usu rei p. constabat occisos, ut nihilominus in isdem caedibus vis execranda fuerit, licet pro communi utilitate suscepta.

Itaque ego ipse decrevi. § 14.

. . . retinenda hic pronuntiatio est, ut illud sapiat: ego ipse, qui P. Clodio inimicus fui, qui Miloni praeter ceteros faveo. Nihil eius causae obfuit illud decretum, ut ei non sim etiam ipse refragatus.

---

1 is ⟨qui primus interrex sed⟩ qui loco secundo crearetur ⟨comitia haberet⟩ *mo* 4 I$\overset{n}{\delta}$ 7 ΔδUЄR|SΔRI 8 PЄRICULU| O *ex* U correcto 12 *lac. 3 cm.* = *6 litt.* ἰcχνῶc? propositione *C* 14 CO$\overset{n}{N}$ITITUR 15 NO$^{\tau\alpha}$|TΔM que *C* 16 CΔUSΔ FΔCIЄ$\overset{\tau\epsilon n u l}{N}$S|δISPLICUЄRIT FΔCIЄNδI facie tenus d. *mo* facto tenus d. *Or* 21 ut *scripsi* et *C* set *Zg om. mo* NIhILOMNI|BUS hisdem *Cmo* uisuis *C* 24 *lac.* $2^1/_2$ *cm.* = *5 litt.* δεινῶc? PRONUNTIΔTI$\overset{\epsilon}{O}$ST 24 illut *C* 27 ЄNTIΔM

Decernebat enim, ut veteribus ⟨legibus⟩, tantum modo extra ordinem quaereretur. Divisa sententia est postulante nescio quo.

Sensus hic in obscuritate est; illud enim in proposito habet Tullius docere ab senatu nihil contra Milonem statutum et primo quidem ita conceptam fuisse sententiam, ut de illa caede veteribus legibus extra ordinem quaereretur, sed e diverso extitisse alium, qui contradiceret — sive Fufium Calenum sive alius ille fuerit, videbimus — postularetque, ut sententiae divisio fieret. Hoc autem solebat accidere, cum videbatur aliquis per saturam de multis rebus unam sententiam dixisse; et habebat nonnumquam conexio huiusmodi rerum multarum fraudulentas captiones, ut rebus aequis res improbae miscerentur atque ita blandimentis quibusdam obreperent ad optinenda ea, quae si per se singulariter proponerentur, displicere deberent. Desiderabatur itaque, ut fieret sententiae divisio, hoc est, ut de singulis, non de pluribus una sententia diceretur. Et illa ergo sententia, quae ⟨de⟩ causa Milonis ferebatur, quasi non erat simplex; nam duo conplectebatur: ut et veteribus legibus et extra ordinem quaereretur. Huic sententiae dicit M. Tullius intercessum atque ita factum, ut extra ordinem quidem quaereretur, non tamen vetusta, sed nova lege Pompeia. Pro Milone autem obnixe laborasse Q. Hortensius videbatur.

---

9 Ascon. (ad h. l.) 39, 14 ex Actis: invenimus Fufium, qui diceret 'Divide'.

25 Ascon. (ad h. l.) 39, 10 ex Actis: cum Hortensius dixisset, ut extra ordinem quaereretur ...

---

1 UTERIB· ⟨legibus⟩ *codd. Cic.* 4 illut *C* 9 Fufium Caelenum *Cmo, corr. Or* Fufius Calenus *Zg* 13 huiusmodo *C* 14 MISERENTUR 15 obreperet *mo* EAṪ 18 ƌI CEṄṠRETUR 19 ⟨de⟩ *St* 20 CON~~UER~~ plec|TEBATUR 23 TAMUE en|TUSTA *ego, quamquam antea* en *additum vidi, nunc nihil perspicere possum* 24 OBNØXAE

At enim Cn. Pompeius rogatione sua de re et de causa iudicavit. § 15.

Alterum praeiudicium discutit ad utilitatem suam revocaturus ipsam rogationis Pompeianae lationem, qua cum vellent accusatores videri praedamnatum Milonem, Tullius in respondendo satis vivaciter argumentatur, cum caedes in confesso teneretur, numquam laturum fuisse Cn. Pompeium consulem huiusmodi rogationem, ut de eodem facinore quaereretur, nisi animadverteret aequitatem subesse, quae facile pro reo posset aput iudices optinere.

Quid porro quaerendum? factumne sit? at constat. a quo? at paret.

. . . Haec . . . . . sibi familiaria concatenavit inquisitione praemissa et subdita responsione. Quae ratiocinatio hoc explicat nihil contra Milonem statuisse Pompeium.

Tribunus pl. M. Drusus occisus est. § 16.

Et in hac responsione contra praeiudicium multis et fortibus exemplis inmoratur; ac primo quidem Livio Druso. Qui consulibus Sexto Caesare et Filippo cum partes senatus in tribunatu suo contra plebem suscepisset, idem vero postea volens gratificari sociis et Latinis civitatem Romanam promisisset, ad extremum eiusdem pollicitationis implendae desperatione praeventus in atrio domus suae incertum quo percussore confossus est.

---

19 *cf.* Oros. V 18, 1, 2.
19 20 *cf.* Liv. per. LXXI. Flor. II 5, 4.
22 *sqq. cf.* Liv. per LXXI. Vell. Paterc. II 14, 1. Oros. V 18, 7. Flor. II 5, 9 *(Livius)*.

---

1 et de re *codd. Cic. praeter TS* 2 ALiud (TERUM *del.*) 4 eipsam *Cmo* QUA|CUMQUE 10 subesset *C* QUA (E *superscr.*) 11 quaerendum est? *codd. Cic.* FACTUMNE ad constat *C* 13 *lac. 1 cm.* + *un. lin.* + *3 cm. vel un. lin.* + *3 cm.* = *27 aut 25 litt.* cυλλογιcμόc. cχῆμα διαλεκτικόν? *lac. statui* ⟨secundum artis oratoriae praecepta⟩? 18 LIUIO 21 poste *C* Latinis, ⟨iis⟩ *Or* 24 incerto *Cmo* ⟨a⟩ quo *Halm* confusus *C*

Cum P. Africano domi suae conquiescenti.

Hic P. Scipio Aemilianus, ut in proxumae orationis commentario iam locutus sum, cum Latinorum causam societatis iure contra C. Gracchum triumvirum eiusque collegas perseveranter defensurus esset, ne ager et ipsorum divideretur, repentina morte domi suae interceptus est non sine infamia et ipsius C. Gracchi et uxoris suae Semproniae. Qui excessit vita sex et quinquaginta annos natus, in eiusque faucibus vestigia livoris inventa sunt. Super eius laudibus exstat oratio C. Laeli Sapientis, qua usus videtur Q. Fabius Maximus in laudatione mortui Scipionis; in cuius extrema parte haec verba sunt: *Quapropter neque tanta diis inmortalibus gratia haberi potest, quanta habenda est, quod is cum illo animo atque ingenio hac e civitate potissimum natus est, neque ⟨tam⟩ moleste atque aegre ferri quam ferundum [eum] est, ⟨quod⟩ numero mortem obiit et in eo tempore periit, cum et vobis et omnibus, qui hanc rem p. ⟨salvam⟩ volunt, maxime vivo opus est, Quirites.*

§ 17. Proinde quasi Appius ille Caecus viam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi inpune sui posteri latrocinarentur.

Quoniam et augere poterat invidiam Milonis et commendabilem facere memoriam P. Clodi Appiae viae mentio,

---

6 *sqq. cf.* Liv. per. LIX.
8 *sqq. cf.* Vell. Pat. II 4, 5 (7. 8 *ex Livio*).
12 *sqq.* Fragm. orat. Rom. ed. Meyer[2] p. 175.

---

1 conquiescendi *C* quiescenti *codd. Cic.*   5 et *om. mo*   7 $\overset{e}{\text{U}}$TUXORIS   9 F$\overset{u}{\text{A}}$CIB·   uestiga *C*   12 quia propter *Cmo, corr. Or*   14 quate *C*   15 h$\overset{c}{\text{A}}$ECIUITATE   ⟨tam⟩ *Zg*   ⟨ita⟩ *mo*   16 acre *C*   ~~MI~~FERRI   FERUN|DUM~~EUM~~ CUMEO|MORBORUMTEMOUIT *corr. Leo* eo morbo obiit *m* eo morbo mortem obiit *o* eo modo mortem obiit *Gaumitz* 17 eodem *Cmo, corr. Meyer*   petuit *C*   18 salvam C_2 *supra lineam addidit*   esset *Meyer*   19 illae *C*, C_1 *correxisse videtur*   muniuerit *codd. Cic.* IN|UENERIT   23 facerem *C*   APP$\overset{\text{I}}{\text{A}}$E

in qua maiorum eius titulus eminebat, omnem hanc materiam cuiusdam taciti favoris defloravit orator, quasi ea non monumentum familiae suae P. Clodius habuerit, sed quoddam scelerum devorsorium, in qua occidisse Marcum etiam Papirium videbatur, equitem Romanum, eo scilicet tempore, quo decertatio ibidem ⟨inter⟩ Pompeianos et ipsius factionem commissa est. Cum per fraudem emisisset e custodia Tigranis filium nuper ex Armenia per Cn. Pompeium sorte captivitatis abductum eique potestatem discedendi liberam permisisset, videtur e numero Pompeianorum M. Papirius interemptus.

Conprehensus est in templo Castoris servus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum conlocaverat. § 18.

Moventer hoc exemplo utitur nec sine aculeis invidiae ...

(Desunt II paginae.)

... esse testatur, quomodo iustitiae cultor sit. § 22.

Dederas enim, quam contemneres populares insanias, iam inde ab adulescentia documenta maxima.

... Orationem converterat ad L. Domitium quaesitorem. Cuius animum sine dubio ut efficacius Miloni adiuvando conciliaret adversus impetum seditiosorum, commonefecit eum constantiae suae, cuius exempla edidisse nuper in adulescentia videbatur. Nam cum C. Manilius post annum tribunatus sui, quem turbulentissime gesserat, causam de maiestate dicturus esset accusante Cn. Minucio, id egit, ut per multitudinem conspiratam obsideret eundem Cn. Minucium accusatorem suum. Cui obsesso auxi-

---

6 *sqq. cf. Ascon. ad § 37: pag. 41, 24 sqq.*

---

2 eam *mo* 6 ⟨inter⟩ *mo* 9 sortem *C* 10 permisisse *C* 11 emptus *C* 15 invidiae *Zg* inui‖ *C* 17 *lac.* $3\frac{1}{2}$ *cm.* = *7 litt.* ... cum esse *mo* IUSTITIΔϴ ϵ *ex* u *correcto* 19 inde *om. codd. Cic.* 20 maxime *C* 21 *lac.* $4\frac{1}{2}$ *cm.* = *9 litt. videtur esse paenultima littera* Φ ἀποστροφή *suppl. Zg* 27 Municio *Cmo, corr. Or* 29 Municium *Cmo, corr. Or* obsessu *C*

lium tulit adgregata bonorum multitudine L. hic Domitius, ad quem loquitur et quem vult in praesentia rerum exempla illius pristini vigoris imitari.

§ 23. Quam ob rem, iudices, ut aliquando ad causam crimenque veniamus, si neque omnis confessio facti est inusitata.

Hoc et rei ... quam brevissime, quae supra in illarum quaestionum refutatione disseruit transitum sibi ad narrationem parans, cui hic locus oportunior dabitur.

§ 24. P. Clodius cum statuisset omni scelere in praetura vexare rem p.

Vigilantissime praeparationibus instructa narratio est, cuius quidem secundum morem sibi familiarissimum a persona sumit exordium, quae disciplina habilior ad docilitatem id est πρὸς ... videtur. Consideremus itaque ad coniecturam duplicem sic praemunitam διήγησιν, ut et personam P. Clodi ad locandas inimico insidias idoneam faciat et causas faciendi validissime instruat et alia semina futurarum quaestionum ad defensionem Milonis pertinentium ἐκ τοῦ ... praemuniat sollertissime, utque ita moderatus nec ullo emolumento provocatus ⟨non⟩ existimetur illud facinus cogitasse. Haec explorato per totum cursum narrationis istius et multo altius adiecta cogitatione invenies ita narrari, ut et hanc relationem, cui duplex coniectura sub ...

(Desunt VI paginae.)

§ 28. ... genter ... Simul et ad innocentiam Milonis et ad cogitationem sceleratam P. Clodii ferenda praestructio

---

1 adgreta *C* adcreta *m* 2 praesentiarum rerum *Cmo, corr. Or* facti est *codd. Cic.* facie sit *C* 7 *lac. 1 cm.* + *4 lin.* + *2 cm.* = *78 litt.* 8 SVBREFVTATIONE 10 omne *Cm* 14 ꝙ· 15 *lac.* $5\frac{1}{2}$ *cm.* = *13 litt.* εὐμαθίαν *suppl. Zg* 16 διήγησιν *Zg* Δ ... Η ... *altera lac. 2, altera* $2\frac{1}{2}$ *cm. continet, spatia litt. suppl. congrua* uter persona *C* 17 inimicos *C* 20 *lac.* $5 + 4\frac{1}{2}$ *cm.* = *23 litt.* προσώπου καὶ ἐκ τῆς αἰτίας? utquae *C* moderetur *Or* moratus *St* ne *Or* 21 molumento *C* illut *C* 24 sub‖ *C* subest *mo* 26 ‖genter *C* diligenter *Zg* vincenter *St* *lac. 4* + *4 cm.* = *18 litt.* προπαρασκευάζεται? 27 referenda *St*

est, quoniam facilius ille iuxta limitem possessionis suae potuerit caedem facere quam Milo in alienis regionibus deprehensus; cumque hora undecima dicat eum profectionem coepisse, magis derivabitur in suspicionem insidiarum, quando eo tempore proficisci coeperit, quo alii ad destinatum locum pervenire consuerunt, die paene finito.

Hora fere undecima aut non multo secus. § 29.

... ov fecit ipsa addubitatione, quod non undecimam horam quasi pro certo dixit adseveranter; nam hoc additamentum *aut non multo secus* verisimilitudini plurimum dedit.

Statim complures in hunc faciunt de loco superiore impetum.

Pars haec narrationis aliquanto turbatior est; sine dubio in ea multa finguntur, verum hanc omnem confusissimam permixtionem cursim praetervolat: non enim debent cum mora protrahi, quae videri iudicibus possunt aliquod habere figmentum, ne orator, si laciniosus sit, in mendacio deprehendatur.

Adgressi raedarium occidunt.

Quos nunc vulgo muliones dicimus, eos scilicet, qui iumenta vehiculis subiuncta moderantur et regunt, eos veteres, ut animadvertis, raedarios dicebant, muliones autem proprie eos, qui negotiationem lucri sui causa in huiusmodi iumentis exercebant. Quamvis et in Filippicis mulionem Ventidium dixerit eapropter, quod de publico redemerat iumentorum praebitionem, quae esset aput exercitum necessaria.

---

25 *locus in Philippicis non extat:* fragm. 3.

---

3 cumque *mo* cum quinto *C* protectionem *C* 4 magi *C* 6 pene *Cm* 7 ferae *C* 8 *lac.* $2^1/_2 + 1^1/_2$ *cm.* = *8 litt.* ἀμφίβολον? 9 adsueueranter *C* 10 ut *C* multu C 11 addit *Or* 12 complures cum telis *codd. Cic.* 16 cursum *C* 18 in‖in *C* 20 adgressi *Cmo* adversi *codd. Cic.* redarium *C* 23 ut *mo* et *C* redarios *C* 27 umentorum *C* 28 necessariam *C*

Partim recurrere ad raedam, ut a tergo adorirentur Milonem.

Ἐνάργεια coacervatur plena sine dubio falsae adseverationis, quippe vult ita praestruere, ut servi nihil imperante domino fecerint. Et considerato statim miram prudentiam, quod ita narrationem summaverit: Cum dominum crederent interemptum,

Fecerunt id servi Milonis,

deinde κατὰ γένεσιν

Non derivandi criminis causa, sed ut factum est: nec imperante domino nec sciente;

ibidemque continuo κλέμμα subiunxit, id est furtum quoddam invidiosae commemorationis, quoniam consequens erat, ut diceret: 'occiderunt inimicum domini sui'. Sed cautius multo existimavit λεληθότως hoc perstringere sic desinendo:

Fecerunt id, quod suos quisque servos ...

... subtracta est, qua reus potuisset onerari.

§ 30. Haec, sicut exposui, ita gesta sunt, iudices.

Finita narratione subicitur egressio, quam παρέκβασιν Graeci vocant, quae quidem ... miserationem conciliat reo, invidiam gravissimam P. Clodio quamvis interempto. Hic enim quasi destitutus misere et infeliciter vindicatus, ille quasi grassator et paene tyrannus inducitur.

Vi victa vis vel potius oppressa virtute audacia est.

---

2 Milonem adorirentur *codd. Cic.* 3 ἐνέργεια *C, corr. Zg* coacerbatur *C* coacervatio *m, corr. o* 5 fecerunt *C* 9 κατὰ γένεσιν *scripsi* κατὰ γένοσιν *C* κατὰ γένος in *mo* κατ' ἐπένθεσιν *Zg* 10 ⟨dicam enim aperte⟩ *suppl. Zg ante lemma ex oratione* nec imperante nec sciente nec praesente domino *codd. Cic.* 12 κλείμμα *C* 13 inuidiosa *C* 14 dicerent *Cmo, corr. Or* 17 18 seruo subtracta est *C* servos subtracta re *mo* servos subtracta αἰτίᾳ qua *Or* servos ⟨in tali re facere voluisset. Sic invidia⟩ subtracta est *Zg* 19 si ut *Cmo cod. Iul. Vict. (416, 35) codd. Quintil. (IV 4, 2)* sicuti *codd. Cic.* expotui *C* 21 *lac. 5 cm. = 10 litt.* 23 miser *Cmo, corr. St*

Cautius multo correxit ἐπανορθώcει. Nam cum primo fecisset κατὰ τὸ ἴcον vim vi esse depulsam, prudentissime statim vim Clodio adscripsit, virtutem Miloni, quoniam virtus emendatae vitae et honesti animi professio est, vis plerumque corporalis est et saepe grassatoribus congruentior.

Num quid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit? § 31.

Constituit in medio κεφάλαιον τοῦ κρινομένου et summam quaestionis brevissime conprehendit ... diducens in utramque personam coniecturalem disceptationem, quae dividetur secundum artis oratoriae legem locis duplicatis ... id est voluntatis ... facultatis scilicet per conparationem. Cumque sit in arte praeceptum, ut nosmet ipsos ante purgemus, tunc adversarium criminemur, quod est antiquius et sine dubio magis naturale, in hac oratione Tullius ante arripit locum voluntatis ad arguendum Clodium, post deinde transgreditur ad defendendum Milonem. Nec istud inconsulte facit, sed necessario; quippe animadvertens plus sibi ipsi fiduciae in illo accusando, maluit exordium confirmationis ab eo capere, ut in hominem sceleratissimum magis congruere insidiandi voluntatem et causas habuisse praecipuas eum potissimum diceret, cui expediret interfici Milonem, ne in praetura gerenda haberet inpedimento inimici sui consulatum.

---

13 *sqq. cf.* Quintil. VII 2, 27.
14 *sqq. cf.* Quintil. VII 2, 21.

---

1 ἐπανορθώcει *Zg* .....|ΡΘΩCΕΙ *lac. 2½ cm. litt. suppl. congrua* 2 dixisset *m* iecisset *o* κατα το ι *minio*, cov *atramento scr. C* ui *C* 6 aliut *C* 8 κεφάλεον *C* 9 *lac. un. lin.* + *3 cm.* = *24 litt.* κατὰ cτοχαcμὸν ἀπὸ προcώπων? 12 *lac. 3½* + *2 cm.* = *15 litt.* ἀπὸ βουλήcεωc *suppl. Zg lac. 6 cm.* + *un. lin.* + *6 cm.* = *46 litt.* καὶ ἀπὸ δυνάμεωc ἐνθυμήμαcι κατὰ cύγκριcιν? ⟨et⟩ facultatis *mo* 13 CO⁻|PΔRΔTIONEM 15 antiquius et sine dubio *mo* antiquius et |ne dubio *C* antiquius sine dubio *Or* et antiquius sine dubio *St* hoc oratione *C* hoc oratorie *mo, corr. Zg* 17 transgeritur *Cmo, corr. Or* 19 ipae *C* esse *mo, corr. St* 21 uoluptatem *mo, corr. Or* 23 interficit *C* pretura *C*

§ 32. Satis est in illa quidem nefaria belua docere.

(Desunt X paginae.)

§ 36. ... rebus confirmat et ex eo praecipue tempore, quo idem Tullius exolare compulsus sit.

Quae fuisset igitur iusta causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiciendi?

... Mira brevitate ab iudicato publico et a sequenti contrario colligit probaturus per vim se civitate depulsum, cum postea meruerit restitutionem.

§ 38. Quem si interficere voluisset, quotiens et quantae occasiones, quam praeclarae fuerunt!

...καιρῶν. Opportuniorum temporum prosequitur enumerationem, quibus Miloni facile factu esse potuerit interimere P. Clodium, cum et occasiones opportunas et causas honestas haberet. Quod tamen ipsum cum facere noluerit, procul dubio verisimile non sit, ut hoc inportune adgressus sit.

P. Sextio, collega suo, volnerato.

Hae cruentissimae dimicationes fuerunt per eos dies, quibus actum est de restitutione Ciceronis.

§ 39. P. Lentulus, restitutor salutis meae.

⟨De⟩ Lentulo Spinthere loquitur, qui et ante consulatum amicissimus Ciceroni fuit. Hoc declarat ipse Tullius in epistula quadam ad eundem Lentulum scribens: *Quia non solum temporibus his, quae per te sum adeptus, sed iam olim nascenti prope nostrae laudi dignitatique favisti.* In Albanum Lentulus idem pro Cicerone contenderat ad Pompeium deprecandum, qui nimis alienatus a protegendo Tullio videbatur.

---

25 *sqq.* ep. ad fam. I 7, 8.

---

1 tam audaci tam nefaria belua *codd. Cic.* 7 *lac.* $4\frac{1}{2}$ *cm.* + *2 lin.* = *45 litt.* κατ' ἐνδόξου κρίσιν καὶ ἐκ τοῦ παρεπομένου ἐναντίου? ab *o* ad *C* a *m* 8 ciuitatem *C* 11 quantae quotiens *codd. Cic.* occansiones *C* 12 *lac. un. lin.* = *17 litt.* καιρῶν *scripsi* καιρ... *C lac.* $1\frac{1}{2}$ *cm.* = *2 litt.* στοχασμὸς ἀπὸ καιροῦ *suppl. Zg* καταρίθμησις τῶν καιρῶν? 13 factum *C* 14 occansiones *C* 15 faceret *C* 18 cruentissimetiones *C, corr. m* 20 mae *C* 21 ⟨de⟩ *mo* 23 quam *Cmo, corr. St* ad *mo* in *C* scribit *mo* 25 nostri *C*

Septem praetores, octo tribuni pl.

Praetorum ⟨e⟩ numero unus defuit Appius Claudius, tribunorum e numero Q. Numerius et Atilius Serranus, qui restitutioni Ciceronis adversati esse traduntur.

Cum ⟨in⟩ Cn. Pompeium pro Milone dicen- § 40.
tem impetus factus est.

Id tempus et hic significatur, quo Miloni diem dixit P. Clodius, quod gladiatores adhibuisset, ut rogationem posset de Cicerone perferre.

Nuper vero cum M. Antonius.

Hoc quoque inter facultates opportuniores enumerat, quas cum habuerit Milo, abstinuerit tamen caede faciunda. Sed de M. Antonio quod ait, et in Filippicis secunda oratione hoc idem contestatur his ut opinor verbis: *Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cum tu illum in foro spectante populo Romano gladio insecutus es negotiumque transegisses, nisi ille in scalas tabernae librariae se con⟨iecisset⟩?*

(Desunt IV paginae.)

. . . progressus existimetur, quam ut hereditatis causa § 46.
in urbem properaverit, de qua sibi relicta et olim comperisset et nihil ex ea, si remoraretur, amitteret.

Scitis fuisse qui in hac rogatione suadenda § 47.
dicerent Milonis manu caedem esse factam, consilio vero maioris alicuius.

Interrupit exsecutionis cursum facta ... propter suam personam, de qua infamiam severant, quasi auctor et consiliarius

---

2 *sqq.* Ascon. ad Pisonianam (§ 35) 10, 17 frater ille ... Ap. Claudius ... significatur, ⟨qui⟩ fuit praetor. Duos tribunos ... Sex. Atilium Serranum et Q. Numerium significat.

14 *sqq.* Phil. II 9, 21.

---

2 ⟨e⟩ *mo* defuita *C* 5 ⟨in⟩ *codd. Cic.* Milonem *C* 15 occisum *C* 16 spectante *codd. Cic.* inspectante *Cmo* negotiumquae *C* 18 se *ante* ille *ponunt codd. Cic.* 22 rememoraretur *C* 23 scitis iudices *codd. Cic.* suadendo *C* 24 dicerent *codd. Cic.* diceret *Cmo* 26 *lac. 5 cm. = 12 litt.* παρεκβάσει *suppl. Zg* 27 δεῖqua *C*

Miloni fuisset in necem Clodii. Hoc brevissime purgat, si constet non in via futurum, sed magis in Albano fuisse mansurum.

§ 48. Nam occurrit illud: 'Igitur ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano mansurus.'

... Invigilat partibus coniecturae duplicis, ne quid ex hoc adversarii promoverent, quod mansurus in Albano Clodius nullam caedis adgrediendae voluntatem praesumsisse videri poterat, ibidemque fit incidens statim ... ⟨de⟩ adventante potius Milone quam de Cyro nuntiatum. Et hoc ratiocinationibus validis inplet subnectens ad hunc modum:

Nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius proficiscens reliquerat morientem?

Hoc ne esset intra nudam propositionem, adiecit suum testimonium, qui testamentum Cyri signaverat. Et ⟨cum⟩ posset adversariis esse alia responsio, ut allegarent, etsi certissimus de morte Cyri et de facto testamento ... *cavisset, adiecit orator sollertissimus:

Testamentum palam fecerat et illum heredem et me scripserat.

Quibus vincenter positis confugit ad temporis qualitatem, quod hora decuma nuntiatum sit, quae opportunior esset magis caedi quam profectioni.

§ 49. Primum nihil erat, cur properato opus esset.

Verbum hoc properandi non sum nescius aput quosdam indifferenter accipi ac solere unum videri festinare et properare. Visum est igitur mihi propter eos, quibus aliquod studium proprie loquendi est, auctore ipso M. Ca-

---

3 illut *C* 6 *lac.* $4\frac{1}{2}$ *cm.* = *10 litt.* πρόληψις *suppl. Zg* 9 *lac.* $3 + 5\frac{1}{2}$ *cm.* = *22 litt.*, στοχασμὸς ... *suppl. Zg* ⟨de⟩ *mo* 10 pontius *C* 12 NU¯|TIARETHOCRATIOCINA|TIONIB· *Cm, corr. o* 13 Roma proficiscens *codd. Cic.* 14 ne esset *Halm* necesse est *Cmo* ne cassum esset *Zg* 15 et posset *mo* et ⟨ne⟩ p. *St* 16 esset *C* 17 mortem *C* *lac. statui* ⟨fuisset, tamen de hereditate Clodium⟩ cavisse? 18 soltertissimus *C* 19 testamentum autem palam *codd. Cic.* 21 posuit *Cmo, corr. Halm* 23 essed *C* 24 erat nihil *codd. Cic.* 27 properare propellare *C* mibi *C* 28 proprio *C*

tone haec verba distinguere. Quippe aliud esse properare, aliud festinare ipse nos, ut dicebam, Cato docuit in oratione, quae inscribitur De virtute sua contra Thermum; eius igitur verba ponamus. Qui sic ait: *Nam aliud est 'properare' aliud 'festinare': qui unumquodque mature transigit, properat ...*

(Desunt IV paginae.)

⟨Vos, vos appello, fortis⟩simi viri. § 101.

Ἀναδίπλωσις. Ἀποστροφὴ in ipsos circumstantes milites facta est, ut, qui maximo terrori erant, idem nunc in favorem Milonis provocentur volentes esse sine dubio iusta praemia fortitudini.

Quid respondebo liberis meis? quid tibi, Quinte frater? § 102.

Αὔξησις. Opportunissime fortunam Milonis per totam domum suam familiamque communicat, ut congregata per multos miseratio magis commoveat adfectus. Frater autem Ciceronis Q. Tullius legatione tunc in Gallia aput exercitum Caesaris fungebatur.

Quid me reducem esse voluistis? § 103.

... Exilium quoddam sibi praerogatum videri vult, cum relegatio Milonis immineat, a quo separari nihil aliud sibi quam poenam contestatur esse graviorem.

Utinam di inmortales fecissent (pace tua, patria, dixerim)!

... IV. Elegantissime declinavit invidiam dicturus, ut sibi videbatur, id quod esset inprosperum rei p.: si Clodius viveret. Nec magis veritus est hoc dicere quam prospexit illud futurum pro Milone, si inter extremas

5 Catonis quae extant ed. Iordan p. 44.

1 2 5 *bis* aliut *C* 6 maturae *C* 9 ἀναδίπλωσις *Zg* ΔΝΔΝ ... Ω ... *altera lac.* $1\frac{1}{4}$ *cm. altera* $\frac{3}{4}$ *continet* = *2 et 3 litt. errasse videtur librarius scribendo* Ν *pro* Δ| circumstante *C* 20 me reducem *codd. Cic.* mercedem *C* 21 *lac. 3 cm.* = *8 litt.* ὑπερβολή? quodammodo *Or* 23 aliut *C* 26 *lac. un. lin.* + $3\frac{1}{2}$ *cm.* = *27 litt.* IV *Zg* in *C* δεινῶς ἐκφώνησις κατ' ἐπένθεσιν? 29 illut *C*

calamitates eum civem referret, cuius interitus felicitati publicae adiudicetur.

§ 105. Vos oro obtestorque, iudices, ut in sententiis ferundis, quod sentietis, id audeatis.

Desiturus orator ibi finem posuit, ubi maxime necessarium videbatur, ne iudices in pronuntiando Pompeium timerent, quem praesentem intuerentur.

PRO MILONE EXPL. INCIPIT PRO SESTIO.

P. Sextius amicissimus erat Ciceronis ... in collegio tribunorum pl., qui fuerunt P. Lentulo Spinthere Quinto Metello Nepote cos. Obstinate igitur et ipse se dediderat in consensum partis eius, qui dignitatem suam M. Tullio restituere gestiebant. Sed enim P. Clodio repugnante et conspiratam seditiose multitudinem congregante, ne quis istis ad revocandum Ciceronem daretur effectus, ad dimicationem usque processum est, ut P. Sestius gravissime et paene letaliter volneratus necessario cogeretur etiam ipse armatorum manum gladiatoriam, quod Milo iam fecerat, adhibere, praesidii scilicet gratia; sic enim potuit effici, ut actionem, quam pro Tullio instituerat, optineret. Postquam tamen Cicero ab exilio rediit, accusare de vi P. Clodius Sextium coepit inmisso velut principe delationis P. Albinovano et testimonium dicente P. Vatinio, ut hoc praecipue crimini daret, quod supergressus civilem modum rogationem suam non aequitate persuaserit, sed armis optinuerit. Cui opponetur huiusmodi a Cicerone defensio

---

2 publice *Cmo, corr. St* iudicetur *Cmo* 4 audeati *C* 5 desiiturus *C* destiturus *mo, corr. St* 7 uerentur *Cm, corr. Leo* verebantur *Or* 10 AMICISSI|...RA...ON...|...|LEGIO *prima lac. 1¾ cm. = 4 litt. latt. continet, altera 1¾ cm. = 5 litt. latt., tertia 1 cm. = 4 litt. latt., quarta un. lin. = 17 litt. latt.* familiarissimusque Ciceronis fuit in collegio *mo* *utrum* Ciceronis *an* Ciceroni *scribendum sit, diiudicari nequit* 11 p. qui *Cmo* 12 obstinatae *C* 14 conspirata *C* 15 multitudine *C* 18 laetaliter *C* 20 efficit *C* 22 uii *C* 23 Sextius *C, corr. m* 27 opponitur *o* CI·A·|CERONE DEFENSIO C·

per qualitatem speciei duplicis .... Nam relativum hoc erit, iuste et merito habuisse armatorum praesidia P. Sestium, ut Clodianos impetus ab illa dimicatione, quam facere coeperat, submoveret; illud vero ad compensationem refertur, pro bona causa et rei p. necessaria, etiamsi armatos habuerit, inpunitum esse debere, cum bene meritum de salute patriae civem restitui vellet omnium favente consensu. Hanc igitur eandem causam plurimi defenderunt, in quis fuit Q. Hortensius, M. Crassus, L. Licinius Calvus partibus inter se distributis, quas in agendo tuerentur. Itaque Tullius ea peroravit, quae sibi fuerant explicanda nec, ut plerique arbitrati sunt, extra causam vagatus est. Quamvis enim sciamus ... multa Ciceronem vel iratum vel dolentem de passionibus suis ultra paene quam res posceret exaggerare solitum, tamen quod hic prolixa quadam turbulentissimi temporis descriptione multum voluminis occupat, non mediocriter videtur ad praesens negotium pertinere. Ostendendae sunt enim P. Clodii seditiosae turbulentaeque illius temporis actiones et iniuriae, quas ipse Cicero perpessus sit, et utilitates, quas in illius restitutione patria consecuta sit, ut recte ac necessario P. Sestius armatos habuisse videatur ⟨ac⟩ propterea sit maxime praesentis criminis invidia liberandus. Multa quidem in orationis cursu praetermittemus, quae propter similitudinem causae in commentario proxumae orationis ostendimus: ergo ne expectaveris, ut, sicubi inciderit, eadem rursus iteremus.

(Desunt II paginae.)

... facere, quam separatim sibi depoposcerat exequendam. Quippe si responsioni criminum ab iis, qui § 5.

---

1 species *C* *lac. 6 cm.* + *un. lin.* = *32 litt.* ἀντεγκλήματος καὶ ἀντιστάσεως *suppl. Zg* 13 *lac.* $5^1/_2$ *cm.* = *12 litt.* ἐν παρεκβάσει *suppl. Zg* 15 poceret *C* 16 descriptionem *C* 17 uolumnis *C* 19 turbulentae qui *C* 20 ed *C* CCERO sis *C, corr. Zg* 21 restitutiones *C* 23 ⟨ac⟩ *St* 27 *hic in C linea vacua est*

ante egerant, satisfactum est, nunc tam voluit ea quae remota essent in negotio dicere, quam illa noluit, de quibus alii perorasse iam videbantur, iterare.

§ 6. Reliquis honoribus non tam uti voluit quam dignus videri.

Διήγησις. Ad commendationem personae proficiens narratiuncula suptiliter adquirit personae, quod deesse videbatur. Nam P. Sesti pater ad tribunatum usque processerat; ne videretur indignus ceteris honoribus fuisse, *non tam uti voluit,* inquit, *quam dignus videri,* ut *summae continentiae virtutisque quod meruit.*

§ 7. L. Scipionis filiam.

L. iste Scipio, de quo loquitur, fuit in consulatu C. Norbano collega. Uterque autem pro partibus C. Marii et Cn. Carbonis contra Syllam fecerant. Verum post bellum civile per conloquium fraudulentum desertus est ab exercitu suo L. Scipio, cum milites ad Syllam deficerent, idemque postea in exilio Massiliensi aut aput Stoechadas insulas supremum vitae diem functus est.

§ 8. Quam multa P. Sestius, cum esset cum collega meo, senserit, ad me detulerit.

Subamare loquitur de collega suo Antonio; et sane visus est non caruisse suspicione coniurationis. Ergo inter merita P. Sestii et hoc ponit, quod, cum quaestor eius esset, multa sibi de eius cogitationibus nuntiaverit.

§ 10. Ut iam puerilis tua vox possit aliquid significare.

Opportunissima haec apostrofe ad P. Sesti filium, quo magis causam faceret gratiosam accedente etiam com-

---

1 nunc *scripsi* non *Cmo* tamen *Cmo, corr. Mai* 2 in *Cmo* a *Or* illam *C* 6 ... IH ... C ... *prima lac. un. litt., altera un. cm., tertia un. cm. continet, spatia litt. suppl. congrua* 7 deesse *mo* esse *C* 8 nam ⟨quia⟩ *mo* 10 ut ⟨sit⟩ *mo Krause* 11 continentiae ⟨videatur quod abstinuit⟩ *Leo ante* quod *Zg lac. statuit* continentiae virtutisque ⟨quod noluit,⟩ quod meruit *Krause* quod meruit *Cmo* quod otium maluerit *Halm* laudem meruerit? 12 calamitosissumi viri filiam, L. Scipionis *codd. Cic.* 15 steterant *Or* 19 Eochadas *C* 23 suspicionem *C* 28 postrofe *C*

mendatione puerili, qua ei bonam spem de pietatis officiis auspicetur. Καὶ μετὰ *ἀτειδείας denuntiat inesse illi talia virtutis insignia, ut possit reatus paterni ultor existere.

Qui extremis diebus consulatus mei res eas, § 11.
quas gesseram, vexare cupiebant.

Tribunos pl. L. Bestiam et Q. Metellum Nepotem significat, contra quos illi de rebus consulatus sui habita decertatio est.

Quos stimulos admoverit homini studioso § 12.
fortasse victoriae.

Notissimum est in historiis C. Antonium exercitui praepositum, qui contra Catilinam duceretur. Et eleganter hic omne victoriae meritum derivat in P. Sestium quaestorem, quasi eius incitamento factum sit, ut Antonius ... parceret, subdidit μετὰ κολακίας: *homini studioso fortasse victoriae;* nam *fortasse* dubitativum est. Ita et dicendo studiosum victoriae Antonium pepercit et dubitando laceravit.

Si M. Petrei.

Hic eodem bello Antoni legatus fuit. Quem praemiserat cum exercitu ad edendam dimicationem, cum ipse consul retardari pedum valetudine videretur, re autem vera hostibus congredi nollet.

Cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia. § 13.

Eo tempore scilicet, quo exul Thessalonicae demoratus est.

In quo colligendo ac reficienda salute com- § 15.
muni.

---

20 *cf. ad* 34, 21.

---

1 quae in bonae *C, corr. Leo* quae in ⟨eo⟩ bonam *mo* 2 ἀτειδείας *Cmo, atramento scr. C* ἀδείας *Halm* ἀπειλῆς *Leo* 4 qui tum *codd. Cic.* 7 cantra *C* 13 hoc *Cmo* 14 Antonius parceret *Co* Antonius vinceret *m* Antonius ⟨arma caperet. Huic ut⟩ parceret *Or* Antonius proeliaret *St* sit. Ut Antonio parceret *Zg* ut Antonius ⟨decertare pararet⟩, et subdidit *Krause* ut Antonius ⟨pararet decertare. Verum ut illum perstringeret simulque ei⟩ parceret, subdidit? 15 ἀμφιβολίας *Halm* 17 debitando

C 18 SEMPEREI adiutorei *mo, corr. Madvig* 20 exercitum *C*

Aptissumis verbis et congruentibus, quoniam naufragium dixerat, custodivit sequentiam; quod ipsum nobis in omnia ἀλληγορικὰ servandum est.

§ 16. Vel, ut ego arbitror, exoratus vel, ut non nemo putabat, iratus.

Prudenter κατὰ διαπόρησιν non vult exerte conqueri de C. Caesare; et tamen querellam sapit ipsa dubitatio.

Fraternis flagitiis, sororiis stupris.

Et Appius Claudius maior natu infamis in eundem Clodium fuerat et soror Clodia, ut saepe iam diximus.

§ 17. Quid dicam? consules? Hocine ut ego nomine appellem?

... de Gabinio et Pisone, magis eos rei p. hostes quam consules iudicando, quoniam haec dignitas plus animo quam habitu censeatur.

§ 18. Alter unguentis afluens.

... Summa cum stomachi acerbitate proscindit mores Gabinii χλευασμῷ quodam, ut liniamentis omnibus impudicitiae denotetur.

Vexatores aetatulae suae.

... usus est teneriorem volens ostendere pueritiam, quo magis ad stupra vendibilior videretur.

Puteali et faeneratorum gregibus inflatus, a quibus conpulsus olim, ne in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam in freto ad columnam adhaerescerent, in tribunatus portum perfugerat.

---

3 *cf.* Quintil. VIII 6, 80.

---

3 in omni ἀλληγορίᾳ *Or* 6 διαπόρησιν *Zg* ΔΙΔ| ... *lac. 3½ cm. = 8 litt.* 7 Caesarem *C* quaerellam *C* 8 sororis stupriis *C* 11 hocine *codd. Cic.* hocne *C* 13 O ... MOC *lac. 1¾ cm. = 4—5 litt.* ὀνειδισμός *Leo suppl., neque vero spatium suppetit* 17 *lac. 1½ + 2 cm. aut 2 cm. = 7 aut 5 litt.* ΧΛΕ ..... *lac. 4 cm. = 6 litt., suppl. Zg* 21 *lac. 6½ cm. = 17 litt., cuius initio* ΥΠΟ *legere mihi videor* ὑποκοριστικῷ ὀνόματι *suppl. Halm* ὑποκοριστικῷ *suppl. Zg* 23 putaeali *C* GRΔEGIB· 24 [in] *Müller* adhaeresceret *Cm* tamquam *om. cod. Cic.* 26 perfugeret *C*

Non est in hoc mediocris obscuritas. ... Dicit factum Gabinium superbiorem illo praecipue, quod esset aere alieno defaeneratus. Et utitur ambiguis locorum nominibus, nam puteal vocabatur locus in vicinia fori, ubi erat columna etiam Maenia, aput quam debitores a creditoribus proscribebantur. Scimus praeterea columnam ...

(Desunt II paginae.)

... los magis rei p. quam sapientes praeesse debere. § 23.

Eos autem, qui dicerent dignitati serviendum. Δόγμα hoc Stoicorum est et Platonicorum dissentiens ab Epicuri auctoritate.

Ut, si gladium parvo puero. § 24.

... inperitos administrandi consulatus omne hoc officium suae potestatis in rei p. perniciem convertisse, quamvis nihil ipsos habentes virtutis, tamen ad nocendum praecipue iure subnixos.

Pro uno cive et bonos omnes et universum § 27. senatum mutasse vestem.

... quidem videtur illorum temporum memoriam recensere, sed plurimum ad praesentem defensionem P. Sesti valet; quippe si omnes ordines statim post expulsum Ciceronem de eius reditu laborarunt, non tantum excusatione, sed laude dignus videbitur Sestius, qui praesidiis quibuscumque posset enisus sit, ut P. Clodii conspiratio vinceretur.

Si dixisset haec solum. § 28.

Ἀπ' ἐλάττονος ἐνθύμημα. In quo vel sola verba criminosa essent, in eodem multo scelestiora videri facta debebunt.

---

1 *lac. un. lin.* + *5 cm.* = *28 litt.* ἐκ τοῦ ἐναντίου τόπος. ἀμφιβολία? 4 uicinea *C* UBERAT 5 Menia *Cmo* 8 los *C* illos *mo* 11 esse serviendum *codd. Cic.* 13 *lac. 6* + *3¼ cm.* = *21 litt.* ἐνθύμημα ἐκ παραβολῆς? 14 rep. *C* 16 praecipuae *C* praecipuo *Halm* 19 *lac. 5 cm.* = *12 litt.* ἐν παρεκβάσει *suppl. Zg* 22 EIUSEDITUM 23 laudes *C* estius *C* 27 ATTE ... ONOCENΘY|MHMA *lac. 2 cm.* = *4 litt.* 28 multa *C*

Et notabiliter media verbi parte subtracta non implevit omnibus syllabis: dixisset, sed dixet. Inveniuntur aput veteres pleraque huiusmodi.

§ 29. Quod ausus esset pro cive, pro bene merito cive, pro amico, pro re p. deprecari.

Insigniter et βιαίως hanc αὔξησιν determinavit gradatim procedentibus augmentis, ita tamen, ut preces Lucii huius Lamiae sic patrocinari voluerint Ciceroni, ut magis pro re p. laboraret.

§ 30. Nihil acerbius socii et Latini ferre soliti sunt quam se ex urbe exire a consulibus iuberi.

Huiusmodi leges ferri dicebantur de civibus redigendis. Qualem tulerat L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scaevola, ut redire socii et Latini in civitates suas iuberentur. ... Probat asperiorem multo poenam Romanis equitibus inrogatam, ut eicerentur sua urbe, cum hoc aegerrume pati etiam Latini soleant in sua oppida reversuri.

§ 31. Vereor, ne quis vestrum forte miretur, quid haec mea oratio tam longa aut tam alte repetita velit.

Cχῆμα ..., quippe et multa iam dixit et plura dicturus est; intercurrens ergo correctio sanat obtrectationem, ut ratio magis defensionis quam loquacitas .... existimetur.

§ 39. Non verebar, ne quis aut vim vi depulsam reprehenderet aut perditorum civium mortem maereret.

---

11 *cf.* Ascon. 59, 24 *sqq.*

---

4 esset ausus *codd. Cic.* 5 deprecari *C* 7 praeces *C* 8 Lame *C* 10 sint *C* 11 Q|SE 15 *lac. 2½ cm.* + *un. lin.* + *3¼ cm.* = *34 litt.* ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος εἰς τὸ μεῖζον ἐνθύμημα? 16 AEQUITIB· rogatam *mo, corr. Halm* 17 aegerrumae *C* PATIENTIA⁻ 19 forte vestrum *codd. Cic.* 20 longam *C* raepetita *C* 22 CXH ...|....| *lac.* ¾ *cm.* + *un. lin. vel un. lin.* = *20 vel 17 litt.* προδιορθώσεως σχῆμα *suppl. Halm* ἀμφιδιορθώσεώς? 23 obtrectatione *C* 24 oratio *St* defensio *Zg lac. statui* ⟨inesse verbis Ciceronis⟩? 27 maereret *codd. Cic.* derideret *C*

Mire sub commemoratione temporis sui defendit etiam causam P. Sesti, qui videtur similia fecisse, et proficit . . ., ut licuisse videatur vim vi repellere.

C. Caesar, qui a me nullo meo merito alienus esse debebat, inimicissimus meae saluti ab eodem dicebatur.

Haec omnia latentes que⟨rellae sunt Ciceronis de Pompeio et Cras⟩so et Caesare, quos non ambigitur partim manifestius, partim vero occultius id egisse, ut urbe Tullius eiceretur. Sed ϵ . . ., quoniam viri potentes sunt, non audet exertius queri, sed ipsum Clodium talia de illis iactitasse confingit, ut, quod ex sua persona haberet offensam, sub aliena moderatius delitiscat.

Unum habere exercitum. § 40.

C. Caesarem, de quo iam dictum est.

Me vero non illius oratio, sed eorum taciturnitas movebat, in quos illa oratio conferebatur.

. . ., quid de Pompeio et Crasso et Caesare sentiat; nam si hanc P. Clodi adseverationem non refutarunt, sine dubio auctores se fuisse ad exterminandum patria Ciceronem vel ipsa taciturnitate confessi sunt.

Acta prioris anni labefactari a praetoribus.

De actis loquitur, quae habuit in consulatu C. Caesar inauspicato, ut videbatur, qua de re adversus eum egerant in senatu C. Memmius et L. Domitius praetores. Et ipsius Caesaris orationes contra hos extant, ⟨quibus⟩ et sua acta defendit et illos insectatur. Dat ergo causam C. Caesaris, ut videatur eapropter et Clodio tribuno et

---

1 defendi *C* 2 fecisset *C* 3 *lac. 6 cm. = 17 litt.* ἐν παρέργῳ *vel* ἐν παρόδῳ *vel* διὰ μέσου *suppl. Halm* τόπῳ ἀπὸ τοῦ ὁμοίου? esse meae *codd. Cic.* 7 quaeso *C* que⟨rellae sunt de Pompeio, Cras⟩so *mo* que⟨rellae de Pompeio et Cras⟩so *St* 9 uecultius *C* urbem *C* 10 ϵ *atramento scr. C lac. 3½ cm. = 8 litt.* εὐλαβῶς *vel* εὐστόχως *suppl. Halm.* 11 quaerii *C* 12 CONFINGITR confingitur ⟨ut⟩ *m* 17 movebat *om. codd. Cic.* (*antea* movit) 19 *lac. 4½ cm. = 11 litt.* σημαίνει *suppl. mo* σχηματίζει? 23 anni superioris *codd. Cic.* 27 ⟨quibus⟩ *mo* 29 Caesari *Or*

consulibus Pisoni et Gabinio in perniciem M. Tulli consensisse, ut ea, quae in consulatu gesserat, permanerent.

§ 42. Intenta signa legionum existimari cervicibus vestris falso, sed putari tamen.

Consultissimo temperamento et C. Caesarem perstringit invidia et tamen nihil accusat exerte. Hac enim ..., qua dicit multos sic opinatos, ostendit verum fuisse, et medetur sibi, ne offendat, dum adicit falso quosdam locutos. Sic nec omittit acerbitatem et honorem personae debitum servat.

§ 43. Cum quidam in contione dixisset.

Videtur istic vel ipsum Pisonem vel, quod ab aliis proditum est, Gabinium significare.

§ 45. Te, te, patria, testor et vos, penates patriique dii.

... Etiam ex hoc laudem discessu suo et gloriam veluti denuo conservatae rei p. temptat adsciscere, quod maluerit urbe decedere quam dimicationis obire fortunam. Quanta haec igitur vis oratoria est, ut exilium quoque magis virtutis eius quam poenae fuerit.

§ 47. Ut alii dicerent animos hominum ⟨sensus⟩que morte restingui, alii autem tum mentes maxime sapientium ac fortium virorum, cum ex corpore excessissent, sentire ac vigere?

Plenissime tractantur haec et ab ipso Cicerone in primo disputationum Tusculanarum, in quo de morte disseritur, et a Platone vel maxime in dialogo περὶ ψυχῆς ἢ Φαίδων, ubi copiosissime moriturus disputat Socrates non illum interitum sui, sed animae potius esse discessum,

---

5 ut *C, corr. mo* 6 inuidiam *C* haec *Cmo* 8 *lac. 1½ + 1¼ cm. = 8 litt.* ἀμφιβολία *suppl. Halm* 9 ΝΕC O⁻|MITTIT 14 te te inquam *codd. Cic.* patrique *C* 16 *lac. 2 lin. = 35 litt.* ἀναδίπλωσις. ἀποστροφή ....? 19 quantam *C* 21 ⟨sensus⟩ *mo* 22 quae *C* 23 maxime mentes *codd. Cic.* 23 ex *codd. Cic.* eo *C* e *mo* 27 28 περὶ ψυχῆς ἢ Φαίδων *Zg* ΠΕΡ ...|... *altera lac. un. litt., altera un. lin. = 16 litt.*

quo scilicet ad divinitatis suae originem referretur. Fuerunt tamen plerique filosoforum, qui dissoluta hac velut harmonia corporis animique dicerent omne istud, quod in nobis concretum esset, extingui; quidam tamen statim cum ipso corpore, alii vero interiecto quodam temporis spatio animae quoque obitum futurum, quamvis corpori supervixerit.

Mortem, quam etiam virgines Athenis Erec- § 48.
thei filiae contempsisse dicuntur.

... Gloriosam quandam facit animi sui professionem, quod non tantum exilium, verum etiam mortem potuerit habere contemptui, quam virgines etiam viriliter despexisse tradantur. Fuit autem rex antiquissimus Atheniensium Erectheus, non longe a principalibus, qui in eadem civitate regnaverant. Nam primus omnium fuit Cecrops, dein Cranaus, tertio Anficthyon, post hunc Ericthonius; qui feruntur ex terra editi; item Pandion et hic, de quo Cicero mentionem facit, Erectheus. Cuius filiae virgines, cum gravi bello Athenae oppugnarentur nec ulla spes salutis ostenderetur, sumtis infulis ad aram steterunt; nam ita responsum erat, ut salus patriae iam desperata hoc genere piaculi compararetur. Auctor est exempli Varro libro ⟨rerum⟩ humanarum secundo.

---

2 *sqq.* Cic. Tusc. I 9, 18 Sunt enim qui discessum animi a corpore putent esse mortem; sunt qui nullum censeant fieri discessum, sed una animum et corpus occidere, animumque in corpore extingui. Qui discedere animum censent, alii statim dissipari (*scil. Dicaearchus et Aristoxenus, cf.* § 51), alii diu permanere. (*scil. Stoici, cf.* § 77), alii semper. — 10, 19 Aristoxenus ... ipsius corporis intentionem quandam (*scil. putat animum esse*), velut in cantu et fidibus quae ἁρμονία dicitur.

---

Tertium scis ex illo obsesso atque adflicto tribunatu consularem auctoritatem hominem esse adulescentem consecutum.

Hac in parte C. Fannium sive Memmium significat. Verum quod ait: *ex illo obsesso tribunatu* tempus intellegi vult seditiosissimum, quo cum tribuni pl. obsisterent actionibus et P. Vatini et C. Caesaris, pulsati per vim concitatae multitudinis foro cesserant, cum violentiae pares esse non possent.

Sedentibus in templo duobus non consulibus, sed proditoribus. § 18.

Hoc manifestum est de Pisone et Gabinio dici; hi enim Caesari et Bibulo successerunt. Quorum anno omnia contra M. Tullium gesserat Clodius.

---

1 *cf. pag.* 98, 15 *sqq.*

---

1 et *mo* sed *C* 3 *verba* Fannius autem non erat ali *in fine columnae addidit C signo* hδ· *supra verbum* C. *et iuxta lineam suppletam adiecto* ⟨fas⟩ *Zg* 4 quod *C* 5ⲁⲗⲓ·ⲙⲃⲓ 6 de quibus duos *codd. Cic.* praetestatos *C* 7 ⟨te⟩ *mo* 8 te aedilitiam *codd. Cic.* 13 ϥⲙⲟδ 14 praetium 17 ⲁδϥ· 18 hominem *codd. Cic.* neminem *Cmo* 20 hanc *C* sive Memmium *del. Schilling* 21 obsessu *C* 22 quod *C* tribunus *C* 24 cum *Cmo* qui *Halm* 28 Bibulu *C*

§ 19. Augur fieri in Q. Metelli locum.

Q. Metellus Celer, unus e numero augurum, non ita pridem vita excesserat. Cuius in locum P. Vatinius auguratum petierat. Et hic proscindit audaciam eius, qui fuerit indignus et auguratum consequi et Metello substitui.

§ 21. Et a tabula Valeria collegae tui mitti iuberent.

Hic collegae intercesserant P. Vatinio iubenti M. Bibulum in vincla duci. Quod vero ad tabulam Valeriam pertinere videatur, loci nomen sic ferebatur. Quemadmodum ad tabulam Sestiam, cuius meminit pro Quintio, ita et ad tabulam Valeriam dicebatur, ubi Valerius Maximus tabulam rerum ab se in Gallia prospere gestarum proposuerat ostentui vulgo.

Consul populi R. moderatissimus sublato auxilio, exclusis amicis, vi perditorum.

Congesta ... Magnum cumulum fecit invidiae et a persona, quod consulem, et ab eiusdem moribus, quod prohibito amicorum praesidio et per violentiam seditiosae multitudinis opprimere conatus sit eum potissimum, qui auspicato et rite omnia fieri gestiebat.

§ 22. Ut consuli domus exilium esse non posset.

Non tantum miserabilem fecit hac necessitate M. Bibulum, verum etiam summa invidia laceravit Vatinium, qui velut damnatam consulis maiestatem primo in latebras coegerit, deinde occultantem se, ne periculum salutis incideret, extrahere domo sua contenderit, ut perditorum manibus addiceret nec habere consul exilium domi suae tutum posset.

§ 23. Eam rem ⟨p.⟩, quae auspiciis constituta est.

---

12 Cic. pro Quinctio 6, 25.

---

9 hi *mo* 10 in inuidiam *C* in vincula *Or* in custodiam *Zg* 14 Galliam *C* 18 *lac. 2 lin.* + $4^1/_2$ *cm.* = *42 litt.* ἐποικοδομήσει *suppl. Halm* ἀνασκευὴ ἀπὸ προσώπου καὶ ἀπ' ἤθους κατὰ συναθροισμόν? 20 oditiosae *C* 26 latebra *C* 27 capitis *Halm* 31 ⟨p.⟩ *codd. Cic.* auspiciis inventis *codd. Cic.*

Notissimum habemus auspicante Romulo, qui Palatium ceperat, et Remo, qui Aventinum, priusquam Roma conderetur, auspicia esse captata primumque sex vultures Remum vidisse, dein postea Romulum duodecim, atque ita et Romam conditam et ipsos reges appellatos: illum, quod prior auspicium cepisset, Romulum vero, quod maius.

Etiam inter Syllana arma vixerunt.

⟨De⟩ legibus dicit Aelia et Fufia, quae non sinebant prius aliqua de re ad populum ferri quam comitia haberentur ad designandos magistratus. Saepe harum feci mentionem. Vixisse autem leges ... dixit, quod multo tolerabilius est, quam si ... ne modum ... est mortuas, quod dictum ab Hortensio elevasse et pro inepto inrisisse Tullius videbatur.

Fuerisne tanta crudelitate, ut delectos viros, § 24. principes civitatis, delere tua rogatione conarere.

De hoc tempore locuti sumus in oratione, quae hanc praecedit, L. Vettium, perditae ... hominem, instinctu

---

1 *sqq.* Liv. I 6, 4 *sqq.* Palatium Romulus, Remus Aventinum ... capiunt. Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures, iamque nuntiato augurio cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem sua multitudo consalutaverat: tempore illi praecepto, at hi numero avium regnum trahebant. ... condita urbs conditoris nomine appellata.

12 *sq.* Cic. in Verr. V 18, 45 noli metuere, Hortensi, ne quaeram, qui licuerit aedificare navem senatori; antiquae sunt istae leges et mortuae, quemadmodum tu soles dicere, quae vetant.

18 *cf. pag.* 104, 16 *sqq.*

---

3 QUA ... EX|UULTURESREMUM .... |ΔISSE *codex laceratus praebet: in lacc. perierunt reliqua a Maio lecta* 4 duodecem *C* ΔΔQ· *Cm* 5 CONΔITOS illum *mo* et illud *C* scilicet illum *Zg* 8 ⟨de⟩ *St* ΔEIIΔT|FUSIΔ qui *C* 11 *lac.* $3\frac{1}{2}$ *cm.* = *10 litt.* μεταφορᾷ? 12 dolorebilius *C* QUAMSI|.....I¯|..O ...NEMOΔU¯|.....ESTMORTUAS|...ΔΔICTUM *sqq. prima lac. est* $6\frac{1}{2}$ *cm.* = *16 litt. latt., secunda 1 cm.* = *3 litt. latt., tertia* $1\frac{1}{2}$ *cm.* = *4—5 litt. latt., quarta 2 cm.* = *5 litt. latt., quinta* $1\frac{1}{4}$ *cm.* = *3 litt. latt.* 15 et principes *codd. Cic.* 18 ⟨temeritatis⟩ *St* perditum hominem *mo* perditae ⟨audaciae⟩? instinctum *C*

Vatini professum esse aput senatum se indicaturum plerosque nobilissimos viros de interficiendo Pompeio inisse coniurationem idque negotium sibi mandasse; hunc tamen Vettium in carcerem coniectum atque ibidem necatum ipsis potissimum auctoribus, qui eum ad mendacium subornassent.

C. Curionem, perpetuum hostem inproborum.

Et hunc L. Vettius nominasse inter ceteros videbatur velut mandatae in Pompeium caedis auctorem. Qui tamen Curio honorifice nunc a Tullio nominatur, cum vehementer et aspere laceratus sit ab eodem in oratione, qua et ipsum et P. Clodium lacessivit.

§ 25. Qui duos nefarios patriae proditores legibus exterminarat.

De Lucio Aemilio Paulo dicit, qui consulatum postea cum M. Marcello gessit ante annum quam bellum civile Pompei et Caesaris exardesceret. Hic igitur Paulus accusare instituerat de vi L. Catilinam et, ut quidam memoriae tradiderunt, C. Cethegum. Sed enim Catilina deficiens ab re p. se ad arma contulerat, Cethegus quoque in eadem perseveratione consumtus est.

§ 27. Spoliaretur beneficio et aequitate legis tuae.

Legem quidem hanc non inprobabilem videbatur P. Vatinius in tribunatu suo perrogasse, ut alternorum iudicum reiectio fieret. Sed acute detrahit ei laudem, quam de aequitate legis consequi poterat, eo scilicet, quod id egerit, ut C. Antonius, qui collega M. Tulli fuerat in consulatu, ante reus fieret accusantibus Q. Fabio Maximo et M. Caelio Rufo, quam lex Vatinia de reiectione iudicum perferretur, ut posset aequissimo iudicio reus Antonius privari, cum praesertim esset illi Vatinius idem

---

3 IδNEϤ· 5 IPSI^{s} 9 UEl veluti *mo* mandate *C* 15 Balbo *C* 19 Caethegum *C* 21 coniuratione *m* perseverans ratione *vel* perseverans coniuratione *Or* 26 aequitatem *C* 26 27 quod degerit *C* quod egerit *mo, corr. St* 30 ut *Co* ne *m* 31 eaperiri *C* ea feriri *mo* frui *Niebuhr m* ea fieri *Halm*

adfinitate coniunctus: filiam M. Antonii fratris eius habuerat in matrimonio.

Illo ipso anno, quo lex lata est de pecuniis repetundis. § 29.

Locupletatum interversa pecunia p. et spoliatis etiam publicanis Vatinium dicit, ut ex paupertate ad summas divitias perveniret. Non sine quadam ... in C. Caesarem, cui acceptissimus erat, eo, inquit, *anno* ditatus est, *quo lex de pecuniis repetundis lata est,* ab ipso scilicet Caesare: ut videatur et ille inpudenter Vatinio favere contra leges etiam Iulias committenti.

Cui totiens maledicas, quotiens te illi adfinem esse dicis.

Propter matrimonium videlicet Antoniae, quam Vatinius habuit uxorem. Nec ignoramus C. Caesari fuisse quandam cum illis adfinitatem; quippe M. Antonius, qui postea triumvir fuit, matre Iulia censebatur, L. Caesaris sorore.

Ut in epulo Q. Arrii, familiaris mei, cum toga pulla accumberes. § 30.

De hoc et supra dictum est: epulum dedisse Q. Arrium, cui epulo solus Vatinius atratus, hoc est cum toga pulla interfuerit, cum solerent adusque tempus balnearum atrati esse, postea vero candidiorem habitum sumere. Sed occurrebat illud, ut Vatinius diceret eapropter se in tristiore habitu perseverasse, ne ratae viderentur supplicationes, quas decerni postulaverat C. Pomptinus rebus in Gallia prospere gestis, cum etiam triumfum peteret, quem honorem obtinere non potuit impedientibus amicis C. Caesaris, qui omnem laudem pacis atque victoriae studebant ad neminem alium nisi ad Caesarem pertinere. Igitur ne Vatinio hoc prodesset ... idcirco se atratum fuisse, ne supplicationes nomine C. Pomptini ratas habuisse et festa facie religiosas

---

1 adfinitatem *C* 7 *lac.* $3^3/_4$ *cm.* = *9 litt.* ὑπονοίᾳ *suppl. Halm* 12 cum tu ei contumeliosissime *codd. Cic.* 14 Antonia *C* 17 Tullia *C* 18 aepulo *C* 20 aepulum *C* 22 adrati *C* 24 autinius *Cmo, corr. Or* 29 nem *C* 31 *lac. significavi* ⟨ut diceret⟩? 32 facere *Cmo, corr. St* religiosa *mo*

probasse videretur, occurrit e diverso Tullius non oportuisse etiam illo convivii tempore a ceterorum habitu dissentire, ne coetus epulantium unius veste lugubri contaminaretur.

§ 33. Postulatusne sis lege Licinia ⟨et Iunia⟩.

Crimine de sodaliciis Vatinius coeperat accusari, de quo puniendo iis legibus cavebatur.

Appellarisne tribunos pl., ⟨ne⟩ causam diceres.

Argumentum conscientiae invenit, ... quam iudicio probare nihil ab se contra leges esse commissum. Vigilantissime praeterea non collegium tribunorum, sed tantummodo P. Clodium dicit ab eo appellatum, quoniam diffideret scilicet auxilio ceterorum et in uno spem haberet, qui etiam confessis criminibus opitulari soleret.

§ 34. Num quis reus in tribunal sui quaesitoris escenderit ⟨eumque⟩ vi deturbarit, subsellia dissuparit, urnas deiecerit.

Haec facta sunt, cum reus esset de vi P. Vatinius accusante C. Licinio. Nam cum praetor C. Memmius quaesitorem sortito facere vellet et Vatinius postularet, ut ipse ⟨et⟩ accusator suus mutuas reiectiones de quaesitoribus facerent — ipsius etenim Vatinii lege, quam tulerat in tribunatu, non satis aperte neque distincte apparebat, utrum sorte quaesitor esset deligendus an vero mutua inter adversarios facienda reiectio — conspirati quidam pro ipso Vatinio inmissi tribunal conscenderunt et sortes, quae intra urnam continebantur, dispergere adgressi sunt. Atque ita effectum est gratiose per P. Clodium, ut omnia secundum voluntatem suam Vatinius obtineret.

---

3 epulantius *C* 5 et Iunia *codd. Cic.* 8 tribunus *C* ⟨ne⟩ *mo* 9 *lac. signific. o, suppl. Halm* ⟨quia noluit⟩ iudicio *m* qua (*vel* quo) iudicio. *Zg* 10 probaret *Zg* 14 cumfessi *C* 15 quit *C* quaestoris exciderit *C* 16 ⟨eumque⟩ *codd. Cic.* subselia *C* 21 ⟨et⟩ *Osenbrüggen* QUAESTORIB· 22 faceret *mo* 23 apertae *C* distinctae *C* 25 reiectione *Zg* 28 ΔδQ·

Iudices quaestionum.

Eosdem et quaesitores nominabant, praepositos scilicet et ipsis iudicibus, quorum certus numerus de causa pronuntiare debebat.

Ut legati ex eius ordinis auctoritate legarentur. § 35.

... Nullo iure Vatinium dicit in legationem esse profectum, cum soleat hoc a senatu peti, ut praesides provinciarum possint quos velint amicos suos habere legatos; hunc igitur summa inpudentia non auctoritatem senatus expectasse, sed quodam iure privato tantam licentiam sibi depoposcisse.

Ut non nuntios pacis ac belli, non oratores, non interpretes.

Haec et reliqua usque ad finem copiosissimam habent ... varie describto legationis officio, ut hoc idem munus in omnibus recognoscas.

Post idem fecit in duobus prodigiis Clodius. § 36.

In consulibus Pisone et Gabinio scilicet. ... in invidiam P. Vatinii confertur, quasi huius temeritatis ipse Clodio dederit exemplum.

Neminem tribum Sergiam perdidisse.

Haec enim constabat ex Sabinis et Marsis et Paelignis; quae suffragium tamen pro Vatinio, tribuli suo, non tulit. Et hoc ait Tullius pro gravissimo iudicio habendum, ut ab iis potissimum repulsam meruerit, quorum praevalere suffragio debuisset, nisi iuste omnibus displiceret.

Cum ego legem de ambitu tulerim. § 37.

Hac lege, quae auctoribus M. Cicerone et C. Antonio de ambitu lata est multo severior quam fuerat ante Calpurnia, L. etiam Murena causam dixerat. Contra quam

---

2 quaestiores *C* nominarent *C* 3 ipsos *Halm* 7 .....| ΤΑΤΗΝC ..... *lacc. 5½ cm. = 16 litt. et 5½ cm. = 8 litt.* 14 interpraetes *C* 15 copiossimam *C* 16 *lac. 4 cm. = 10 litt.* αὔξηcιν *suppl. Halm* uariae *C* 18 fecit idem *codd. Cic.* 19 *lac. 4½ cm. = 12 litt.* παράδειγμα? 22 neminem *Cmo* nec quemquam *codd. Cic.* 28 ambitum *C* 30 seueriore *m*

tamen P. Vatinium fecisse arguit, cuius ipse legibus in tribunatu quamvis contra auspicia latis tamen obtemperasse videatur.

§ 38. C. Caesarem Aquileiae, cum de quibusdam esset mentio facta, dixisse C. Alfium praeteritum permoleste tulisse.

Et hic tr. pl. actiones C. Caesaris consulis contra M. Bibulum obnixe adiuverat; qui repulsam meruit in praeturae petitione.

Graviterque etiam se ferre praetorem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissensisset.

Domitius Calvinus praetor fuerat designatus, qui cum tribunus pl. esset, C. Caesari constantissime repugnaverat.

Illum respondisse Vatinium in tribunatu gratis nihil fecisse.

Vehementer ... iudicatum id ⟨ab⟩ ipso C. Caesare de indignitate P. Vatinii, ut eum iustissime repulsam tulisse is etiam pronuntiaverit, qui ei maximam gratiam debuit, ob tribunatum videlicet, in quo se Vatinius emancipaverat Caesaris voluntati. Summae igitur aequitatis hanc repulsam facit, quae nec C. Caesari displicuerit.

§ 40. Ab illa taeterrima furia productus.

A P. Clodio, cum reum ... Vatinius, qui adversus Milonem testimonium diceret, quod habuisse armatos videretur eo tempore, quo Cicero restitutus est. Sed hoc ... graviter in Vatinium retorsit, quod oblitus inprobitatis pristinae Milonem nunc laudaverit nuper suo testimonio lacessitum.

§ 41. Labeculam.

Notabile .... Sic tamen veteres et aetatulam et nubeculam dixerunt. Sed hic consultius per deminutionem

---

4 Caesarem nuper *codd. Cic.* 8 obnixae *C* adiuuaret *C* 9 praetura *C* 13 Caesaris *C* 14 ipsum *codd. Cic.* 16 *lac. un. lin.* = *16 litt.* ⟨ab⟩ *mo* 21 Caesaris *C* 22 filia *C* 23 *lac. significavi* coarguit Vatinium *m* †cum reum Vatinium *o* ... ⟨inimi⟩cum reum Vatinius *Zg* cum reum ⟨faceret P. Sestium, productus est ad populum⟩ Vatinius? 25 restitus *C* *lac. un. lin.* = *17 litt.* 29 *lac.* $4^1/_2$ *cm.* = *10 litt.* ὑποκόρισμα *suppl. Zg*

dixit, quam ... dicere maluisset: ut Milonis tam consummatam et invictam virtutem proferat, quae non possit abiecti hominis obtrectatione maculari.

Cum ⟨in⟩ re p. administranda Tito Annio cum P. Sestio consiliorum societas fuerit.

Mire complexus est causam duorum, Milonis et Sesti, eam per omnia simillimam fuisse, ut cum Vatinius laudaverit Milonem, nunc inpudenter contra P. Sestium testimonium dicat, qui ab rebus gestis collegae sui Milonis nulla in parte dissenserit nec patiatur hoc ratio veritatis id in hoc accusari, quod in Milone laudatum sit.

Dixerisne in eum testimonium de vi, quem negaveris reum omnino de vi fieri debuisse?

... Evertit funditus auctoritatem testimonii eius, qui sibi repugnantia dixerit, quod est vitium in teste praecipuum.

⟨IN VATINIUM⟩ EXPLICIT.
INCIPIT ⟨PRO PLANCIO⟩ FELICITER.

... ⟨Ap⟩pio Claudio cos. etiam pro hoc Cn. Plancio dixit, qui reus de sodaliciis petitus est lege Licinia, quam M. Licinius Crassus, Cn. Pompei Magni collega, in consulatu suo pertulit, ut severissime quaereretur in eos candidatos, qui sibi conciliassent ea potissimum de causa, ut per illos pecuniam tribulibus dispertirent ac sibi mutuo eadem suffragationis emptae praesidia communicarent. Huic factioni coërcendae legis lator Crassus existimavit etiam genus iudicii multo periculosius comparandum, ut aput iudices editicios accusarentur, id est, ut pro voluntate

---

1 *lac. signific. St* ⟨si labem⟩? 3 ⟨in⟩ *codd. Cic.* 5 consiliorum omnium *codd. Cic.* 6 mirae *C* 7 eam *Cmo* testando *St* ⟨testando⟩ eam *Zg* simillima *C* 9 collega *C* 14 *lac.* $5^1/_2 + 3^1/_2$ *cm.* = *21 litt.* ἀνασκευῇ *suppl. Zg* εἰρημένον εἰς εἰπόντα? 18 *lac. 3 lin.* = *54 litt.* M. Tullius orationem luculentam L. Domitio et Appio *suppl. mo* 20 sodalicii *C sed cf. ad lin. 21* 21 *post verbum* Crassus *verba inde a* Cn. Plancio *usque ad* de sodaliciis *iterat C* 27 comparandum *post* editicios *iterat C*

accusatoris ederentur tribus, ex quibus unam tantummodo reicere posset reus, de reliquis autem iudices haberentur utique infestissimi causam dicentibus, utpote quos accusator ad voluntatem suam praelegisset edendo eas potissimum tribus, quas reo minus aequas fore arbitraretur. Sed enim Cn. Plancio summa et religiosa cum M. Tullio familiaritas erat beneficiis non mediocribus copulata. Nam cum P. Clodii, tribuni plebi, inimici sui, lege aqua et igni interdictus urbe cessisset et Macedoniam petisset nullis opem ferentibus, qui Clodianam potentiam graviter extimescebant, prolixa benignitate et fide non minore quaestoris Cn. Plancii sustentatus est. Illo quippe anno sub L. Apuleio praetore quaestura Plancius in Macedonia fungebatur. Quamdiu igitur Thessalonicae fuit, auxilio eius ab omni periculo insidiarum Cicero defensus est. Dein postea restitutus inter ceteros et ipsi gratias egit iis orationibus, quarum alteram in contione, alteram vero habuit in senatu. Causa pendet ex aedilitatis petitione, in qua designatus est Plancius repulsam ferente Iuventio Laterense, patriciae familiae, senatore, nec minore facundia quam generis nobilitate praedito. Qui nunc etiam reum de sodaliciis facit, invidioso crimine et reis metuendo propter iudices editicios, de quorum condicione supra diximus. Principaliter quidem coniecturalis defensio est ... videlicet oratore nitente Plancium non pecuniae largitione, sed integritate morum et rerum gestarum men ...

(Desunt XII paginae.)

---

17 Cic. post red. in sen. XIV 35.
23 *pag.* 125, 28 *sqq.*

---

3 δICENTIŚBUS 4 uolumtatem *C* 12 ille *C* 13 annos *C* 14 diu *Cmo, corr. Zg* 17 altera *C* 22 facti *C* 24 PRAE|IN|CIPALITER 25 *lac.* $4^3/_4$ *cm.* = *14 litt.* στοχασμῷ *suppl. Zg* στοχαστικῶς? Planciae *C* 27 men‖ *C* mentione *mo*

... suffragatos municipibus suis velut iam pridem huius- § 19.
modi dignitate saturatos; istos vero, qui Atinate oppido
venirent, exoptasse ornari Plancium, quod ea res non
minus etiam ad honorem suum pertineret, cum paucissimos
de suis civibus haberent senatoriis magistratibus honoratos.
Praeterea et hinc istis civitatibus adicit differentiam, quod
Atinates semper civibus suis faverint, Tusculani plurimum
livoris naturaliter etiam circa municipes suos habuisse
videantur. Sic et M. Cato ille Censorius pro maligno et
invido habitus est nec aliter etiam Lucilius de eorundem
moribus sentit hoc dicens: *Prima Papiria Tuscolidarum.*

Nam malevolos non esse certo scio.

Hoc dicitur ab eo ἐν ἤθει; quippe cum diversum
intellegi velit, simulat circa Tusculanos verecundiam
malevolentiae negatione.

Quorum honoribus agri ipsi prope dicam § 20.
montesque favebant.

... hoc dixisse videatur, nisi interposuisset vigilan-
tissime temperamentum praecedentibus verbis, quod ait:
prope dicam; nam neque agri ⟨neque⟩ montes possunt
habere ullum sensum favoris, sed ... quae sunt, vim
sententiae de hac moderatione sumserunt.

At si in aliquem Arpinatem incideris, erit
tibi fortasse etiam de nobis aliquid, sed certe de
C. Mario audiendum.

---

9 *cf.* Liv. XXXVIII 54.
11 Lucilii rell. ed. Lachmann p. 121 v. 1094.

---

1 ‖fragatos *C* ⟨ait Tusculanos minus esse suf⟩fragatos *mo* 2 dignitatem *C* isto *C* 3 no *C* 6 offerentiam *C* 9 Gensorius *C* 11 tu solidarum *Cmo, corr. Wunder; in C sequitur linea vacua, in qua nihil scriptum fuisse videtur* 12 maleuolus *C* 13 dici *C* quispe *C* 15 negationem *C* 16 ḥORIB· 17 quae *C* faverunt *codd. Cic.* 18 *lac. 1 + 3½ vel 3½ cm. = 10 vel 9 litt.* ὑπερβολικῶς *suppl. mo* 19 RECEδENTIB· *Cmo, corr. Mai* intercedentibus *Wunder* recidentibus *Or* 20 ⟨neque⟩ *mo* 21 ḥ . . .‖ḥàBERE *post prius* ḥ *laceratus C lac. 3 cm. = 8 litt.* ἀναίσθητα *suppl. mo* 23 at in quemcumque *codd. Cic.* etiamsi nolis erit tamen *codd. Cic.*

... sed de C. Mario multo liberius et erectius. Ex quo etiam suo honori plurimum dedit, de quo aliquanto demissius et verecundius dixerat.

§ 21. Tui municipes sunt illi quidem splendidissimi homines, sed tamen pauci.

... Etiam hic Atinatium suffragia praetulit Tusculanis, cum illi et pauci et invidi, hi vero et plures et benigni.

Quam quidem nunc multitudinem videtis, iudices, in squalore et luctu supplicem vobis.

Miscuit ..., non tantum quo doceretur iudex, verum etiam quo moveretur. Adfectus enim coloravit ad misericordiam secundum Plancium permovendam ex habitu civium luctuoso, quasi ipsi sollicitudinem ⟨et⟩ molestiam pro suo cive succeperint.

§ 22. Non fucosa.

Verbum et hoc notabile inter alia, quae sunt aput veteres rariora, referendum est. ... adversus Tusculanos. Ne hanc laudem nude impertiri Atinatibus arbitreris: quos ita extollit, ut illorum malevolentiam deprimat.

§ 23. Quibus e municipiis vix iam, ⟨qui⟩ carnem Latinis petant, reperiuntur.

Oppida commemoraverat Lavicanum et Gabinum et Bovillas prope iam vacua et populi exiguitate deserta, quae Laterensem non tantopere suffragiis suis potuerint adiuvare. Quod vero mentionem petendae carnis fecit, pertinet ad consuetudinem sacri anniversarii. Nam Latinae feriae a quo fuerint institutae, dissentiunt plerique auctores. Alii ab L. Tarquinio Prisco, rege Romanorum, existimant, alii vero a Latinis priscis. Atque inter hos ipsos causa

---

1 *lac. un. lin.* = *16 litt.* ψιλῶς περὶ αὐτοῦ? sed *Cmo* scilicet *St* rectius *Cmo, corr. Or* 6 *lac.* $5\frac{1}{4}$ *cm.* = *13 litt.* κατὰ σύγκριcιν? 7 illi *Co* hi *m* 7 hi *Co* illi *m* 10 *lac.* $3\frac{1}{2}$ *cm.* = *10 litt.* ὑποτύπωcιν? 13 ⟨et⟩ *mo* modestiam *Cmo, corr. Or* 16 interealia *C* 17 *lac. 4 cm.* = *10 litt.* ἔγκληcιc *suppl. mo* 20 ⟨qui⟩ *mo* 21 repperiuntur *Cm* 22 Gabinium *C, corr. Or* 28 existima|bant *Cmo, corr. Or*

sacrificii non convenit. Nam quidam id initum ex imperato Fauni contendunt, nonnulli post obitum Latini regis ⟨et⟩ Aeneae, quod ii nusquam comparuerant. Itaque ipsis diebus ideo oscillare instituerunt, ut pendulis machinis agitarentur: quoniam eorum corpus in terris non esset repertum, ut animae velut in aëre quaererentur. Feriarum Latinarum sacrificio solebat hoc observari, ut ... hostia civitates adiacentes portiunculas carnis acciperent ex Albano monte secundum veterem superstitionem. Verum tam exiguum in illis civitatibus numerum hominum significat, ut desint etiam, qui carnem petitum de sollemni more mittantur.

Adiungamus, si vis, id, quod tu huic obesse etiam putas, patrem publicanum.

Transitus fit ad quaestiunculam, qua humilitas generis obiciebatur Plancio, ut eapropter largitus pecuniam videretur, quoniam consequi aedilitatem familiae suae dignitate non posset. Publicanorum itaque Tullius ordinem necessario adserit, qui tunc ex equestri ordine accedebant ad vectigalium redemtionem.

Quod fuerit publicanus, vel quod ab sociis unice diligebatur, vel quod diligentissime rogabat, vel quia pro filio supplicabat. § 24.

... Cumulavit gratiam suffragationis de paterno etiam favore, cui publicanorum societas adfuerit, ut filius eius ad optinendam aedilitatem potius adiuvaretur.

---

2 *sqq. cf.* Festus *s. v.* oscillantes (p. 194 Mueller) *(totum scholion e Varrone desumptum putat Schilling).*

---

1 initium *C* 2 ⟨et⟩ *mo* 3 comparauerant *C* 7 *lac. significavi* ut hostiam *m Wunder* ut hostia ⟨adducta⟩ *Or* ut ⟨de⟩ hostia *Zg* 11 desit *C* 13 adiungam *codd. Cic.* abesse *C* 16 ut *bis. scr. C* ÉlÀRGITUS 21 quod erat pater is, qui est princeps iam diu publicanorum *codd. Cic.* quod is *codd. Cic.* SOCIIS S *superscriptum incertum est* 22 unicae *C* 24 *lac. un. lin. = 16 litt.* κατὰ συναθροισμόν *suppl. Zg*

Aliquid praeterea — timide dicam, sed tamen dicendum est: aliquid adtulimus etiam nos.

Necessario temperavit gratiam suam non mediocriter Plancio profuisse, quando vir consularis testimonium beneficiorum in se conlatorum perhibens ⟨pro⟩ candidato multum potuerat promovere. Hoc vero ne esset insolens ⟨et⟩ superbum, praemisit adlegationem verecundae timiditatis.

Ultro mehercule se mihi etiam offerentes, ultro pollicentes rogavi.

Admirabiliter nec humilem se fecit in precibus et tamen plurimum adiuvisse testatus est: sic et pro reo satis causae facit et dignitatis suae ornamenta custodit dicendo non defuisse preces suas, quibus populus verecunde obsecutus sit ultro se etiam offerens gratiae referendae ad eum promtissime designandum, cui vir tam bene de re p. meritus suffragaretur.

§ 25. Nec, si vir amplissimus, cui nihil est quod roganti concedi non iure possit, de aliquo, ut dicis, non impetravit.

Sagacissime animadvertit, quid a parte diversa posset opponi: non mirum, si nihil pro Plancio Tullius valuisse videatur, cum pro alio sibi coniunctissimo candidato vir potentissimus nihil promoverit, cum illi designando studeret. Significare autem candidatum videtur T. Ampium, suffragatorem vero Cn. Pompeium. De quibus, tam se quam Pompeio, ... sic vult accipi Tullius suspicionem, ut ipse quidem pro Plancio valuerit miserabiliter et demisse petendo, Pompeius non item pro Tito Ampio utique

---

1 timidae *C* 2 adtulimus etiam *codd. Cic.* ad Tullium sed iam *C* 5 perfidens *C, corr. Niebuhr* ⟨pro⟩ *Or* 7 ⟨et⟩ *mo* 9 mehercule *codd. Cic.* mercule *C* 11 PRΔЄCIB· et *scripsi* nec *Cmo* 14 proces sua *C* 16 designatum *C* 22 non nihil *Wunder* aliquid *Garatonius* 23 uiro *C* 24 studeret? *St* 26 duobus St 27 *lac. 2 + 5½ cm. = 18 litt.* κατὰ (*melius* κατὰ τὴν) σύγκριcιν (*vel* κατ' ἀντίθεcιν) *suppl. Zg* 28 demissae *C*

pro sublimitate nominis et potentiae superbius hoc sibi aput populum vindicando.

Rogatio haec semper est gratiosissima.

Quoniam ... verbum est et interdum potest rogationem id est ... significare, idcirco hic admonendum lectorem putavi rogationem a Tullio cum maxime petitionem significari, quae facta sit pro candidato.

An Minturnenses coloni, quod C. Marium e civili ferro atque ex impiis manibus eripuerunt. § 26.

Iam narratum a me hoc exemplum plenissime scio C. Mari, qui Syllanis armis cedens cum filio in Minturnensium paludibus latuit. Inde emissus, quoniam non potuisset occidi, navigio inpositus in Africam pervectus adusque dirutae Karthaginis fines. Inde armis Cinnanis in Italiam restitutus et adeptus denique septimum consulatum.

Quod me vel vi pulsum vel ratione cedentem.

Prudenter hoc suspendit, ne aut damnatus aut exul fuisse umquam videretur. Et vis enim proprior est iniuriae quam accusationi et ratio, qua se dicit maluisse urbe recedere, respectum habuisse potest utilitatis publicae: ne periculosa multis seditio moveretur.

Hic est enim, qui adulescentulus cum Aulo Torquato profectus in Africam sic ab illo gravissimo viro dilectus est. § 27.

Ante actae vitae officia recensentur quadam subiecta ... numerante oratore, quibus locis quibusque temporibus et cuiusmodi virorum iudicio Cn. Planci mores comprobati sint. Quod ipsum statim vigilanter erga personam Torquati facit, cuius gravitatem et sanctimoniam

10 *cf. pag.* 58, 1.

2 uindicandi *C* vindicans *m Wunder* 3 haec *Cmo* ipsa *codd. Cic.* 4 *lac.* $4^3/_4$ *cm.* = *11 litt.* ἀμφίβολον *suppl. mo* 5 *lac. 4 cm.* = *7 litt.* ψήφισμα *suppl. mo* 6 ⟨per⟩ rogationem *mo* 8 Minturnensem *C* 11 C. Mario *C* ⟨de⟩ C. Mario *mo* C. Mari *St* caedens *C* 15 restitus *C* 25 acta *Cm, corr. Mai o* 26 *lac.* $5^1/_4$ *cm.* = *13 litt.* ἀναδιπλώσει *suppl. mo* καταριθμήσει? enumerante *Or*

non otiose testificatus est, sed quo magis Plancius ornaretur, quem familiariter ille dilexerit. Et quoniam Torquatus idem praesens non erat, in eius patruelem conferendam putavit vicem testimonii, ut perinde haberetur atque si adesset is, cuius validior esset auctoritas.

F u i t i n C r e t a p o s t e a c o n t u b e r n a l i s S a t u r n i n i, p r o p i n q u i s u i, m i l e s h u i u s Q. M e t e l l i.

Gratiosum fuisse videri poterat, si adseveraret eum Saturnino, propinquo suo, placuisse: maluit ad iudicium Q. Metelli confugere, ut vere cognitis virtutibus Planci existimaverit adulescentem per omnia spectatissimum. Significat autem Q. Metellum, qui Creticus cognominatus est bello aput Cretam feliciter gesto. Omnia haec sunt ...

§ 28. T r. p l. f u i t n o n f o r t a s s e t a m v e h e m e n s q u a m i s t i, q u o s t u i u r e l a u d a s, s e d c e r t e t a l i s, q u a l e s s i o m n e s s e m p e r f u i s s e n t, n u m q u a m d e s i d e r a t u s v e h e m e n s e s s e t t r i b u n u s.

Nihil egerat in tribunatu suo Plancius aliqua praestanti laude dignissimum, quin immo etiam videbatur hac potestate segnius functus. Quoniam nullas ergo virtutes eminentissimas habuit, quas de illo praedicaret, idcirco aliquid ei volens adquirere ad suspicionem ignaviae repellendam *non tam vehemens,* inquit, *tribunus fuit quam* ceteri, et vivaciter conclusit: *quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens esset tribunus* id volens intellegi, per seditiosos et turbulentissimos ...

(Desunt IV paginae.)

§ 31. ... hoc factum est ... nec videlicet, quod saepius iterat valde inpiam Laterensis propositionem, qui candidato plus inpedimenti ex persona patris esse debuisse dixerit quam favoris pro religione naturae. Quod autem

2 dixerit *C* 5 ἀδq· 8 GRATI'SU⁻ ⟨quoniam⟩ gratiosum *m* 9 maluit ⟨itaque⟩ *Wunder* 13 *lac.* $3^1/_2$ *cm.* + *2 lin.* = *42 litt.* ἐνθυμήματα ἀπὸ τοῦ προσώπου κατὰ τὸ ἐναντίον? 15 sede *C* 17 ueaemens *C* 25 esse tribunis *C* 26 turbulentissi‖ *C* 28 *lac.* $4^1/_4$ *cm.* = *11 litt.* *lac.* *4 cm.* + *un. lin.* = *25 litt.* 29 candidatos *C* 31 pro regio *C* privilegio *mo*, *corr. Zg*

de patre dicit, illud est: Cum princeps esset publicanorum Cn. Plancii pater et societas eadem in exercendis vectigalibus gravissimo damno videretur adfecta, desideratum est in senatu nomine publicanorum, ut cum iis ratio putaretur lege Sempronia et remissionis tantum fieret de summa pecuniae, quantum aequitas postularet, pro quantitate damnorum, quibus fuerant hostili incursione vexati. Adfuit igitur Caesar causae publicanorum eorumque desideriis: contradixit pro vigore duritiae suae M. Cato et diem totum prolixitate orationis suae occupavit, ut senatus decernendi spatium non haberet. Id tempus ergo Laterensis denotaverat invidiosum Plancio esse debuisse, quominus fieret aedilis, quando pater eius quaedam liberius et exertius adversus quosdam primores senatus in publicanorum allegatione dixisset. Id revocat orator ... ⟨ad⟩ defensionem, licuisse dicens unicuique de suis iniuriis libere conqueri.

Ego publicanorum in Q. Scaevolam, virum omnibus ingenio, iustitia, integritate praestantem, aspere et ferociter dicta commemorem? Consuli P. Nasicae praeco Granius medio in foro, cum ille edicto iustitio domum decedens rogasset Granium, quid tristis esset; an quod reiectae auctiones essent: 'Immo vero', inquit, 'quod legationes!' §33.

... Potentissime ab exemplis qualitas absoluta firmatur: licuisse Plancio seniori quaedam liberius dicere pro societate publicanorum, qui etiam in Q. Scaevolam, omni virtute praestantissimum virum, fiduciam suae libertatis

9 *cf.* Val. Max. II 10, 7.

6 pecunia *Cmo, corr. Mai* 8 adit *C, sed vide postea* ЄORU¯| QUIB · FUЄRANThOSTIU' | INCURSIONЄUЄXATIAD | FUITIGITUR CAЄSAR' QUЄ | 15 *lac.* $2^3/_4 + 3$ *cm.* = *12 litt.* κατ' ἀντίληψιν *suppl. Zg* defensionem *Cmo* defensione *Zg* 17 in Q. *mo, codd. Cic.* neque *C* 19 ferociter et libere *codd. Cic.* 21 dictustitio *C* 22 quid tristis *mo, codd. Cic.* quintius quis *C* 25 *lac. un. lin.* + $^3/_4$ *cm.* = *20 litt.* ἀντίληψις ἀπὸ παραδειγμάτων *suppl. Zg* (*melius:* ἀντίληψις· παραδείγματα) 27 quae *C*

erexerint. Inde transcendit ad exemplum famosi quondam praeconis Q. Granii et adprime dicacissimi. Quem cum *edicto iustitio*, id est praedicto in re p. tempore, quo nihil ageretur civilium negotiorum, Nasica consul compellavisset obvium sibi forte venientem dixissetque ioculariter: 'Grani, quid tristis es? An quod auctiones reiectae sunt?' — scimus enim praeconibus auctiones fructui esse, quod per eos omnia distrahantur; illo autem iustitio nec ipsae poterant exerceri — huic P. Scipioni e contrario non sine morsu stomachi respondisse Granium dicit: 'Immo ideo tristis sum, quod legationes reiectae sunt.' Voluit autem pudorem Nasicae consulis perstringere hoc amarissimo dicto. Nam legationes ab externis populis missae ad senatum solebant ordinari pro voluntate consulum. Quas plerumque gratia, nonnumquam et accepta pecunia consules ordinabant, ut introduci ad senatum possent.

Idem tribuno plebi potentissimo, M. Druso.

Et haec dicacitas praeconis istius non minus urbanitatis habuisse videtur quam asperitatis. Nam M. Livius Drusus, cum multa seditiose in tribunatu suo contra quam esset rei p. utile moliretur, adventantem Granium sic compellavit: 'Grani, quid agis?' Ad hoc ille isdem verbis, sed cum magna asperitate respondit: 'Immo tu, Druse, quid agis?' hoc est: quae et quam periculosa et quam patriae metuenda conaris?

Nunc usque eo est oppressa nostra adrogantia civitas.

... factum est ita pronuntiando: *nostra adrogantia*, quoniam si vestra adrogantia vel quorundam superbia dixisset non adfingendo sermoni suam societatem aliquid offensae aput quosdam praepotentis contrahere potuisset.

---

1 exeruerint *Or* 2 adprimae *C* 3 qui *Cm, corr. o* 8 ipse *C* 9 exercere *C* 11 legationis *C* sint *Cmo, corr. St* 17 tribuni *C* potentissimo homini *codd. Cic.* 18 preconis *C* 19 Licinius *C* 20 MULTASŎEDITIOSE 26 USQUOEST 28 *lac. 4½ cm.* = *8 litt.* εὐλαβῶς? 30 SERMONE⁻|SUAE 32 potuissent *C*

Ut, quae fuit olim praeconi in ridendo, nunc equiti R. in plorando non sit concessa libertas. ... facta. Simul ... Nam gravius ferri debere hoc ⟨a⟩ praecone dictum quam ab equite Romano, gravius praeconem cum inrisione quam Romanum equitem cum dolore dixisse, cum dolor excusatus sit impetu cogentis iniuriae, risus immoderatam plerumque contumeliosae audaciae licentiam praeferat.

Ego quia dico aliquid aliquando non studio § 35. adductus, sed aut contentione dicendi aut lacessitus, et quia, ut fit in multis, exit aliquando aliquid si non perfacetum, at tamen fortasse non rusticum, quod quisque dixit, me id dixisse dicunt.

Et oratorie totum hoc explicat invidiosius quasi de nimia libertate Cn. Plancii senioris quosdam loqui quam veritas ipsa patiatur. Ad quod optinendum contra insimulationes inimicorum subnectit exemplum Cicero ipse de se, quem non ignoramus multum facetiis et urbanioribus dictis indulsisse, id quod locis pluribus in Verrinis orationibus potuimus adgnoscere. Hoc ergo ait: Quoniam soleo quaedam non ingrata festivitate secundum sales urbanitatis dicere, idcirco plerique huiusmodi omne, quod dicitur, etiam si ab alio dictum sit, in me conferunt. Quare nihil mirum est, si quaedam falso etiam de Planci libertate iactentur.

Nam quod primus scivit legem de publicanis tum, cum vir amplissimus consul illi ordini per populum dedit, quod per senatum, si licuisset, dedisset.

---

3 *lac. 2 cm.* + *un. lin.* = *21 litt. vel un. lin.* = *16 litt.* cύγκριcιc χρόνων? *lac. 2½ cm.* + *2 lin.* + *4½ cm.* = *50 litt.* cυγκρίcει *suppl. mo* ἐνθύμημα ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος κατὰ πρόcωπα καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου? GRAUIUS . ERRI *in lacuna* F *periit, quod Zg supplevit* ⟨si⟩ hoc *m* ⟨a⟩ *mo* 4 dictum ⟨sit⟩ *m* dicto *o* quam ⟨si⟩ *m* 5 CUMINRISIONEMCU¯|INRISIONE 20 induxisse *C* 27 sciui *C* 28 illi id *codd. Cic.*

Paulo supra locutus sum nihil obtineri potuisse per C. Caesarem, cum publicanis aput senatum patrocinaretur, contradicente scilicet M. Catone. Verum postea consul idem C. Caesar legem tulit ad publicanorum commoda pertinentem, cui favore promptissimo Cn. Plancii pater sine dubio adstitit, quoniam res utilitatis suae agebatur. Hoc ergo, quidquid esset reprehensionis, ... removetur in ipsum Caesarem legis auctorem perlatae.

§ 36. Neque enim quicquam aliud in hac lege, nisi editicios iudices secutus es.

... Ad ea, quae sunt necessaria, conclusis prioribus transit et potuisse Laterensem de ambitu accusare significat, nisi maluisset idcirco reum lege Licinia facere, ut haberet iudices editicios, de cuius formae acerbitate iam sumus in argumento praelocuti. Diffidentia igitur accusatoris ostenditur ideo invadentis in legem Liciniam, quod ambitus probari non possit, de quo iudices ex reiectione haberi soleant: aequalem scilicet numerum reicientibus tam accusatore quam reo. Verum specta diligentius omnem contextum huius ..., ut intellegas oratorem movere speciem quandam ... in modum praescriptivum: facta senatus consulti mentione, qui secundum legem Liciniam quattuor edi tribus ab accusatore voluerit, ex quibus reo liceret unam repudiare, ut de tribus reliquis iudicum haberet editionem; tamen ab accusatore sic fieri

1 133, 8 *sqq.*
15 125, 28 *sqq.*

3 SCIIICETCONTR·M· 5 proptissimo *C* 7 *lac.* $5^{3}/_{4}$ *cm.* = *15 litt.* κατὰ μετάθεσιν *suppl. Zg* κατὰ μετάστασιν? 8 ΔUCTORE⌋ REPERIATAE auctorem nuper latae *mo, corr. St* 9 aluit *C* 10 es secutus *codd. Cic.* 11 *lac.* 5 *cm.* + *un. lin.* + $4^{1}/_{4}$ *cm.* = *43 litt. vel un. lin.* + $4^{1}/_{4}$ *cm.* = *29 litt.* ἀπὸ τῶν ἔργων καὶ ἀπὸ τῆς πίστεως τοῦ ἀντιδίκου? 14 forma *C, corr. Niebuhr* 15 differentia *Cmo, corr. Or* 17 probare *C* 19 licentius *Cm, corr. Niebuhr* 20 *lac.* 5 + 1 *cm.* = *14 litt.* συλλογισμοῦ? oratorem more *C* oratorio more *mo* oratorem more ⟨suo⟩ *Zg* 21 *lac.* 3 + $3^{1}/_{2}$ *cm.* = *15 litt.* μεταλήψεως? 22 mentionem *C* quae *C* quo *m, corr. Wunder* 25 IUD·⌋

voluisse, ut eas ederet, quas corruptas a candidato criminaretur. Hic vero Laterensis noluerat ipsas edere, quibus dicebat pecuniam datam, utique consulte, ne reo, a quo pecuniam sumpserant, favore tacito patrocinarentur. Quasi negare itaque temptavit accusari posse lege Licinia Plancium, quando sint aliae tribus editae nec illae potissimum, quae sumpsisse pecuniam dicerentur et quas ideo vel maxime senatus edi voluisset, ut et iudicarent et testimonium vel contra reum vel pro reo ex ipsa veritate perhiberent, quia sine dubio, quid esset aput tribules suos gestum, optime scirent.

Aput eosque me ne quinque quidem reiectis, § 40.
quod in proxumo reo de consilii sententia constitutum est, cogas causam dicere.

Iam de sodaliciis causam dixerat P. Vatinius eodem defendente M. Cicerone. Cuius exemplo negat iniquitate Laterensis esse Plancio permissum quinque saltem iudices reicere, quo manifesta sit inprobitas obstinate conitentis inimici, ut reus innocens opprimatur conspiratione magis iniquorum iudicum quam criminis veritate convictus.

Non enim si aut Plancius ita vixit, ut offen- § 41.
deret sciens neminem, aut tu ita errasti, ut eos ederes inprudens, ut nos invito te tamen ad iudices, non ad carnifices veniremus, idcirco ista editio per se non acerba est.

Periculosius aliquantum fuerat evectus, ut hoc dicendo: 'voluisti Plancium, Laterensis, aput inimicos iudices accusari' offenderet animos eorum, qui erant de causa pronuntiaturi. Vigilanter itaque illum quidem hoc animi habuisse testatus est, ut reus iniquis iudicibus uteretur, sed fortunam multo prosperius secundasse, ut viri spectatae humanitatis et incorruptae religionis in hanc cognitionem venirent, quae innocenti reo obesse non posset.

---

3 reu *C* 4 pauore *C* 5 accusare *C* 8 uoluisse
10 quia *mo* qui *C* 16 Ciceronem *C* iniquitatem *C*
23 ederens *C* at *C* 24 ut *pro* ad *C* 25 aeditio *C*
31 spectate *C*

Iudices ergo non laesit et propositum malitiosi accusatoris ostendit.

An vero nuper clarissimi cives nomen editicii iudicis non tulerunt.

Adhuc eandem, quantum rebus ipsis apparet, inculcat iniquitatem iudicii, quod Laterensis ut ex editiciis haberet, maxime laboraverat. Et hac in parte commemorationem videtur facere Tullius eius temporis, quo Servius ...

(Desunt IV paginae.)

§ 50. ... suffragium tulisset, eum totius populi consensione gratis designatum esse manifestum sit.

Numquam enim nobilitas, integra praesertim atque innocens, a populo supplex ...

... exprobrare identidem superbiam, quod nimia fiducia nobilitatis dedignatus sit populo supplicare ac propterea non impetraverit aedilitatem, quae a Plancio verecundius atque demissius peteretur.

§ 51. Avus vero tuus et P. Nasicae tibi aediliciam praedicaret repulsam.

Totum hoc ... sufficienter implevit ..., quoniam fecerat ille quaestiunculam, ut ambisse Plancium ex hoc probaretur, quod praepositus esset nobilissimo senatori. Hic ergo quasi ex persona patris eius et avi de aliis etiam nobilibus intulit mentionem, quos repulsos ab honore constabat. Illo igitur contendit argumentationis effectus, eos vel maxime, qui blande et suppliciter petant, facilius designari solere, quando superbia nobiliorum ad invidiam sive odium proclivior esse consuerit.

---

3 editicii *codd. Cic.* editicium *Cmo* 5 adhunc *C* 8 SЄ‖ Servius Sulpicius *mo coll. Cic. pro Murena 23, 47* 12 enim fere *codd. Cic.* 13 populo Romano *codd. Cic.* supplex probrare *C* supplex ⟨repudiata fuit⟩. Exprobrat *mo* supplex ⟨repudiata est. Hac in parte Tullius videtur Torquato⟩ exprobrare? 17 ΔδQ· 18 Nasica *Cmo* Nasicae *codd. Cic.* ibi *C* 20 *lac.* 3 + $1\frac{1}{2}$ *cm.* = 8 *litt.* ἐνθύμημα? *lac.* 5 + $4\frac{1}{2}$ *cm.* = 25 *litt.* παραδειγμάτων καταριθμήσει? 21 hΔ^{o}C 22 quŏ PRΔЄ|POSITITUIЄSSЄT nobilissime *C* 23 ΔUIΔЄδЄ

Quos tamen omnis consules factos scimus esse. § 52.
. . . exsecutus congestis nominibus plurimorum videtur mihi aliquid et ad consolandum Laterensem facere, ne diffidat reliquis honoribus post aedilitatis repulsam, quando illi hac specie honoris non inpetrata provenerint tamen ad fastigium consulare.

Noli enim existimare non magnum quendam motum fuisse petitionis tuae, de qua ne aliquid iurares, destitisti.

Tacite quidem subiecit causam, quae Laterensi vel maxime obfuisse videatur, quod eum dicat aliquid noluisse iurare ac propterea inpugnatum, quo magis repulsam ferret. Existimamus igitur eum legem Iuliam significare, quam Caesar consul agrariam tulerat de ⟨XX⟩ viris crearidis et per seditionem, quantum se habet fides historiae, et M. Bibulo servante de caelo. In hanc Laterensis videtur iusiurandum suum dicere noluisse. ... tamen M. Tullius non expressit ipsam legis Iuliae mentionem, ne Caesaris animus laederetur.

An te illa argumenta duxerunt? 'Dubitabitis', inquit, 'quin coitio facta sit, cum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius?'

Ex parilitate congruentium suffragiorum nitebatur probare Laterensis conspirationem quandam fuisse, quando et hic, qui reus est, et Plotius per easdem tribus designati sint. Respondetur a Tullio non esse mirandum, quippe cum designatio in duobus eandem habuerit aequalitatem suffragantium. Puncta enim hic non aliter quam in defensione Murenae suffragia significat. Et magis ...

---

29 pro Mur. 34, 72.

---

2 *lac.* $1^3/_4$ + *3 cm.* = *13 litt. vel 3 cm.* = *8 litt.* cυναθροιcμὸν? 3 ne *mo* non *C* 5 hanc speciem *C* proueneris *C* pervenerint *mo* 8 uotum *C* 14 ⟨XX⟩ *Or* 17 iusiurandum *mo* usurpandum *C* *lac.* $2^3/_4$ + $1^3/_4$ *cm.* = *8 litt.* εὐλαβῶc? 20 dubitâtis *codd. Cic.* 26 sin *C* 29 significant *Wunder* *lac. 6 cm.* = *15 litt.*

id confirmat paratum, ut aediles sortirentur, quoniam discerni huiusmodi magistratus nisi sorte non possent.

§ 55. Cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium praeiudicii comparasti?

... Probat ipsum adversarium iudicasse nihil omnino suspicionis esse, quod in Plancium posset oboriri ex persona eius, qui divisor fuisse videatur, quoniam eundem neque reum fecerit neque ullam vel tenuem probationem habere adversus eum potuerit, quo damnato sine dubio consequenter videretur de Plancio praeiudicatum.

§ 56. Quibuscum me, iudices, pugnantem more meo pristino non videbitis; non quo mihi fas sit quicquam defugere, quod salus Plancii postulet.

Figmento quodam verecundiae declinat eam partem, quae difficultatis aliquid habere videatur adversus quorundam testimonia contendi et non sine ..., qua se omnem Plancio sollicitudinem debere testatur. Sic et religioni, quam magnis beneficiis eius debet, satisfacit et pedem refert ab insectatione testium, quibus dicit esse parcendum.

§ 58. In quo, Cassi, si tibi ita respondeam nescisse id populum R. neque fuisse, qui id nobis narraret, praesertim mortuo Congo.

Iuventiae familiae, ex qua Laterensis contextum generis habebat, probaturus veterem nobilitatem Cassius praeiactaverat hunc aedilem primo ante alios loco fieri debuisse. ... igitur in eundem Cassium facta M. Tullius negat populum, id est vulgus inperitorum iudicare penitus de familiae clarioris nobilitate potuisse, ut nonnisi peritiores vetustatis et qui antiquitatem per historias

---

3 damnatione *codd. Cic.* damnationi *Cmo* · 5 *lac. un. lin.* + *4 cm.* = *26 litt.* ἐπιχείρημα ἀπὸ τοῦ καιροῦ *suppl. Zg* ἀπὸ τῆς πίστεως τοῦ ἀντιδίκου? 12 pristinon *C* 15 q· 16 contendendi *Wunder* *lac.* $3^3/_4$ + $1^3/_4$ *cm.* = *14 litt.* cυγχωρήcει? qua *St* quae *Cmo* 20 ita tibi *codd. Cic.* 21 quid *pro* qui id *C* 22 Congo *codd. Cic.* Conco *Cmo* 24 NOBILITEM 25 desuisse *C* 26 *lac. 2* + *1 cm.* = *10 litt.* ἀποστροφὴ *suppl. Zg* factam *C* facta M. *Wundero* facta *Zg* 27 paenitus *Cmo*

legerint, haec scire facillime possint. Atque ideo mentionem Congi videtur interposuisse, qui per illud tempus decesserat, homo curiosus et diligens eruendae vetustatis; nam historicus ...

(Desunt IV paginae.)

... partim malitiosis fraudibus deprehensum ideo tantum negavit ab se statim puniri, quod iratus esset; quippe vir sapientia praeditus altiore non putavit ... iudicii futurum quidquid fecisset iratus. § 63.

Non vereor, ne mihi aliquid, iudices, videar adrogare, si de quaestura mea dixero. § 64.

Ut se Laterensis ostenderet aedilitate fuisse Plancio digniorem, commemoraverat se aput Praeneste ludos edidisse, Cyrenis etiam summa liberalitate in publicanos egisse, in socios denique fuisse iustissimum. Quae omnia iactantius ab illo dicta quam eleganter elevet et abiciat M. Tullius, consideremus. Persuadere vult namque omnia illa, quae foris gesserit, aput conscientiam populi R. latere potuisse. Ac ne acerbius animum laederet audientis ... de quaestura sua egit non sine figura ..., quod cum Lilybaeo decedens Puteolos adventasset, omnes eum ignoraverint primo ex provincia, tunc deinde ex Sicilia, ad extremum ex Lilybitana venire; quibus ipse varia sciscitantibus novissime cum permistione quadam stomachi responderit se ad aquas potius in Campaniam venisse, ut interrogationes eorum ab se respueret, quos moleste ferebat ignaros esse quaesturae, quam se meminerat magna cum laude gessisse. Proficit ad illam responsionem multa Romae ignorari, quae foris gesta sunt a senatoribus, ac propterea Laterensem

6 *sqq. cf.* Cic. Tusc. IV 36, 78. Val. Max. IV 1, ext. 1.

2 Conci *C ut supra* 6 depraehensum *C* 8 *lac. significavi* ⟨integri⟩? 10 uideas *C* 15 fuisse denique fuisse *C* denique fuisse *mo* fuisse denique *St* 19 *lac. 4 cm. = 10 litt.* 20 *lac. 1 + 3½ cm. = 10 litt.* cγκρίceωc *suppl. mo* ἀcτειcμοῦ? 21 Libyae *C* 22 de *pro* ad *C*

frustra in illis, quae extra urbem gesserat, habuisse fiduciam. In extremo tamen fine huius capitis aliquanto obscurius dixit:

§ 66. Sed ea res, iudices, haut scio an pluris mihi fuerit, quam si mihi tum essent omnes gratulati.

Hoc ait: Magis laetatus sum ignorasse multos, ex qua provincia venirem, ⟨quam⟩ si venienti mihi gratularentur. Perstringere enim voluit invidiam praesidum, qui spoliatis provinciis revertantur, ac propterea eos amici sui cum gratulatione suscipiant, quod divites evenerint.

§ 67. Eadem igitur, Cassi, via munita Laterensi est, idem virtutis cursus ad gloriam, hoc facilior fortasse, quod ego huc ab me ortus et per me nixus ascendi.

Nota gratificationem molestam et cum magnis amaritudinis aculeis interpositam. Dicens namque non aliter ad honores adipiscendos perventurum esse Laterensem, quam Tullius ipse pervenerit, valde ... subiunxit testificando se non generis nobilitate, sed virtute ad omnis magistratus pervenisse, Laterensem hoc amplius adiumenti habiturum, quod nobili familia ortus in candidam veniat. Sibi ergo adiudicavit non lenocinia generis, sed praestantiam virtutis, illi vero spem de maioribus dedit, quod suffragium scimus esse fortunae.

§ 68. Quamquam dissimilis est pecuniae debitio et gratiae.

... qui adgreditur, quae proficient et ad coniecturae statum et ad [illum] compensativum. Nam ... valebit gratia ipsius Ciceronis et eorum, qui propter illum Plancio

---

4 aut *C* plus *codd. Cic.* 5 profuerit *codd. Cic.* 7 ⟨quam⟩ *mo* 8 praesidium C spoliatiis *C* 12 virtuti *codd. Cic.* 13 ab *Zg* ad *C* a *mo, codd. Cic.* 17 quem *C* 18 *lac. 6 + 2½ cm. = 22 litt.* εἰρωνικῶς ἐπιδιόρθωσιν? 22 laenocinia *Cmo* 25 pecuniae *codd. Cic.* fortunae *C* 27 *lac. 2½ cm. + un. lin. + 1½ vel un. lin. + 1½ cm. = 28 vel 22 litt.* ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος τόπος? 28 *lac. 2¾ + 4 cm. = 9 litt.* στοχασμός *suppl. Zg* 29 Ciceronis ipsius Ciceronis *C* Ciceronis ipsius *mo* ipsius Ciceronis *St* illo *C*

fuerint adiumento ad impetrandam aedilitatem. Nec non etiam per hoc ... id est compensatio implebitur, ut iudices reo maxime prodesse patiantur ad inpunitatem praesentis huiusce discriminis ea beneficia, quae Ciceroni praebuerit exolanti, ut haberet in integro civem patria, quem reposceret. Verbum hoc quoque non incuriose adnotemus, quod debitionem pecuniae dixit.

Gratiam autem et, qui refert, ⟨habet et, qui⟩ habet, eo ipso, quod habet, refert.

Locus etsi generalis de animi religione, qui debitam pro beneficio gratiam referat, tamen causae praesenti plurimum patrocinabitur ad favorem copiosius ratiocinante M. Tullio, nec non etiam iuxta praecepta sapientium, qui animos ingratorum non parum cuidam crimini obnoxios arbitrantur, quando et parentibus et amicis et protectoribus salutis nostrae hoc testimonium debeamus, ⟨ut⟩ nos, in quantum potest, gratos adprobare velimus. De officiis idem lib. I sic ait: *Quodsi ea, quae utenda acceperis, maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus, quidnam beneficio provocati facere debemus?* Accedit huc etiam, quod genus maximi criminis aput Persas fuisse traditur, si qui extitisset ingratus, meminitque rei Xenofon Κύρου παιδείας libro primo secundum haec verba conscribens: ...

(Desunt II paginae.)

---

18 Cic. de off. I 15, 48.

23 Xen. Κύρου παιδ. I 2, 7 δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος οὗ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μάλιστα, δικάζονται δὲ ἥκιστα, ἀχαριστίας, καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δέ, κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς. οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν καὶ περὶ γονέας καὶ πατρίδα καὶ φίλους.

---

1 fuerit *C* 2 *lac. 4 cm. = 9 litt.* ἀντίστασις *suppl. Zg* 8 ⟨habet et qui⟩ *codd. Cic.* 9 in eo *codd. Cic.* 12 ratiocinanti *Cmo, corr. St* 16 ⟨ut⟩ *mo* 17 velimus *mo* possimus *C* 18 *distingni non potest, utrum* I· *an* II· *C scripserit* 19 iuberet *C* 23 Κύρου παιδείας *suppl. mo in lac. 5½ cm. = 13 litt.* 24 *lac. 5½ cm. + 9 lin. mo locum ex Xenophonte petitum habent*

§ 72. ... ⟨obli⟩gatum velit temere beneficium, quod non acceperit, confitendo.

At id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam et se ab aliquo servatos esse fateantur.

... Inductionem sollertissime facit ex iis militibus, qui protecti a commilitonibus suis veluti testimonium gratiae referant iisdem coronam civicam dando, quam traditur de gramine fieri solitam. Et mire extenuavit gregarium militem dicendo invitum hoc facere, ut offerens coronam civicam ⟨se⟩ debitorem beneficii constituat. Quod igitur anxie et moleste gregarius miles patitur, id nullis acceptis beneficiis onus verecundiae suae non inponeret vir consularis.

§ 74. Nolo cetera, quae a me mandata sunt litteris, recitare.

Suffecerat enim de ea oratione dixisse, qua vel senatui vel populo gratias egit. Nunc autem et de versibus suis facere mentionem videtur, quos intempestivum sit in iudiciali disceptatione recitare. Non potuit tamen in totum de is tacere. Nam de consulatu suo scripsit poëtico metro, quae mihi videntur opera minus digna talis viri nomine.

§ 75. Nam istius verbi: 'quo usque' poterat haec esse invidia: 'Datus est tibi ille; non facis finem?'

... valde, quominus inpudens videretur haec compensativa defensio dicente Laterense: 'quousque vis servatos esse quos diligis? Et pro Cispio causam dicente sic rogasti et precibus tuis ambitum paene movisti!' opposuit acutissimam responsionem merito haec ab eo dici potuisse, si pro illo impetrasset, porro autem, cum pro Cispio non optinuerit, vel pro hoc obtinere debere, qui et innocens

---

1 ‖gatum *C* obligatum *mo* emere *Cmo, corr. St* ementiri *Niebuhr* 6 *lac. 2 lin.* + $5\frac{1}{2}$ *cm.* = *45 litt.* ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος ἐνθύμημα. παράδειγμα κατὰ μείωσιν? 9 mirae *C* 11 se *ante* debitorem *St suppl., post* debitorem *mo* 13 inponeret uir *mo* inponeretur *C* 20 consulatuo *C* metro *Cmo* more *St* 21 operam *C* ꝺIGNꝺ¯| 22 haec poterat *codd. Cic.* 24 *lac.* $4\frac{1}{2}$ *cm.* = *10 litt.* πρόληψις *suppl. Zg* παθητικῶς? unde *Cmo, corr. St* 27 rogastis *C* PRꝺECIB·

sit et de salutis suae conservatione bene meritus. Animadverte, quo modestiae temperamento haec exsequatur, ut nihil inpudentiae, multum religionis habeat oratio.

Sic enim dixisti: 'Vidi ego tuam lacrimulam.' § 76. ... Laterensis in Tullium dixerat epilogos eius inridens, quos eum constat nimium flebiles et miserationis plenos in iudiciis semper habuisse. Et in Oratore suo eandem affectuum movendorum sibi praestantiam vindicavit. Ac ne haec lenocinia potius adhibere fallendis iudicibus quam vere secundum animi sui motum facere existimetur, adseverat Cispium hoc suae orationis adfectu non indignum fuisse, cum quo post amicitiae reconciliationem ita participatu fortunae suae dolorem senserit, ut inpense diligi mereatur.

Sed me, cum tantum iam Plancio deberem, § 77. Racili beneficiis fuisse contentum.

Extenuaturus merita Cn. Plancii, quae intulisse in M. Tullium videretur, de L. etiam Racilio quaedam Laterensis commemoraverat, qui magis adiumento Ciceroni fuisse videbatur, cum Plancius in tribunatu suo non tantopere sit pro eiusdem restitutione conisus. Ne hoc igitur ei deesset ad gratiam, confitetur animo promtissimo etiam hunc Plancium erga restitutionem suam fuisse; sed quoniam omnia per Racilium videbantur impleta, non expetisse se dicit, ut etiam ille ex superfluo laboraret, qui tantum sibi in quaestura Macedonica praestitisset. Exstat

---

7 Cic. Orator 37, 130 Quid ego de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus, quod, etiam si plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant; in quo ut viderer excellere, non ingenio sed dolore assequebar.

---

5 *lac. 4 cm. = 8 litt.* 7 iudicii *C* 8 affectuim *C* 9 laenocinia *Cmo* 12 cum quo *Cmo* cum is *Mai* 13 inpensae *C* 14 meretur *C, corr. Leo* mereretur *mo* 16 beneficiis *codd. Cic.* beneficii *C* 20 uideatur *Cm, corr. Mai* 22 deesse *C* 24 Raciuum *C* 25 laborare *C* 26 quae STURAM MACEDONICA

autem libellus eiusdem Ciceronis, qui ita inscribitur: Edictum Lucii Racilii tribuni plebi, quod sub nomine ipsius Cicero scripsit in invectionem P. Clodi.

§ 78. Illo S. C. quod in monumento Marii factum est. In templo scilicet Honoris et Virtutis, in quo actum primum videtur de restitutione Ciceronis.

Quo quidem etiam magis sum non dicam miser — nam hoc quidem abhorret a virtute verbum — sed certe exercitus.

... Hanc sententiam secundum illos filosophos intulit, qui existimaverunt semper beatos esse sapientes, numquam [non] miseros existimandos ac, si quid adversi prudentibus eveniret, non poenam magis et calamitatem quam exercitationem esse fortunae.

§ 83. Hic etiam addidisti me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse, ut miserabiliores epilogos possem dicere.

Varia cavillatione Laterensis exercuerat asperitatem stomachi sui in M. Tullium, ut etiam ea, quibus illius oratio maxime floruit, elevare ... perseveraret. Nec ignoramus auctore ipso Cicerone et C. Antonio cons. legem severiorem de puniendo ambitu scriptam, cuius meminit pro Murena; nam clementior aliquatenus videbatur lex fuisse Calpurnia. Hinc ergo mutuatus est occasiunculam quandam amarius lacessendi, ut videretur atrociorem poenam eapropter adversus ambitum decrevisse, ut pro reis multo lacrimosius peroraret. Non minus tamen urbane et ipse respondet denotans nimiam Laterensis et inmoderatam contumeliosae audaciae insulsitatem dicendo: *Sed haec nescio quomodo frequenter in me congessisti sane-*

23 Cic. pro Murena 3, 5. 32, 67.
24 *cf. ad p.* 10, 1.

3 inscripsit *Cmo, corr. Garatonius, Niebuhr* 10 *lac. 3 cm.* = *6 litt.* γνώμη? 12 non miseros *C, corr. Mai* vero miseros *St* 20 *lac.* $2^1/_4 + 2^1/_2$ *cm.* = *10 litt.* caρκαcμοῖc? 24 hic *Cmo, corr. St* 28 urbanae *C* 30 concessisti *C*

que in eo creber fuisti, ut haec inmodica ... et ab inpudentiae temeritate venientia.

'Rhodi enim', inquit, 'ego non fui' — me § 84.
vult fuisse —.

Et verissime constat in prima adulescentia Rhodum navigasse M. Tullium, ut arte oratoria, in qua insigniter praestitit, erudiretur aput nobilissimum rhetora et magistrum illius aetatis, Apollonium [est], qui Molo cognominatus est.

In eo me reprehendisti, quod nimium multos defenderem; utinam et tu, qui potes, et ceteri, qui defugiunt, vellent me labore hoc levare.

Mira cum verecundia et moderatione et ceterorum ingenia depressit et suam in dicendo praestantiam omnibus anteposuit, quando graviores causas illi declinaverint non sufficientes implendae defensioni, ipse vero confidentissime susceperit; quo agente reus innocens indubitatam sibi spem victoriae polliceretur.

Admonefecisti etiam, quod in Creta fuisses, § 85.
dictum aliquod in petitionem tuam dici potuisse. Scolastica levitate quasi mimica spectantem huiusmodi iocos M. Tullium videbatur denotasse Laterensis, quod multa, quae facetius dici possent cum aliqua figurandi suptilitate, non praetermitteret. Itaque hoc eum dicto perstrincxerat habuisse materiam de vocabulo Cretae insulae aliquid in se ioculariter dicendi nec tamen id excogitasse. Constabat enim Laterensem fuisse in Creta provincia, et solebant omnes candidati alba creta oblinire cervicem, ut populo notabiliores essent. Ergo ... dixit eum iocari

1 IN|MOδICΔCRЄBЄRFUISTI|ЄT creber fuisti *del. Zg lac. significavi:* inmodica ⟨dicat⟩ *sqq. Leo* inmodica [creber fuisti] ⟨demonstret⟩et? 6 quam *C* 7 nouissimum etora *C, corr. Leo* notissimum *mo* est qui *C, corr. Zg* ⟨hic⟩ est qui *mo* ⟨iste⟩ est qui *vel* scilicet qui *St* 18 admonnisti *codd. Cic.* fuisse *C* 19 tum *C* 20 ⟨ad⟩ scolasticam levitatem ⟨et⟩ *mo* quasi nimica spectante h. locus *C* quasi mimicam spectat h. locus *mo* quasi mimice spectantem h. iocos *St, corr. Leo* 23 suptilitati *C* 26 lΔTЄRЄMSЄM Cretam *C* 27 obliniri *Cmo, corr. Zg* 28 dicit *Cmo* *lac.* 5 + $1^3/_4$ *cm.* = *18 litt.* μετὰ χλευασμοῦ *suppl. St* μετὰ χαριεντισμοῦ?

potuisse, si ad hoc adiecisset ingenium, ut id inveniret, quod poterat occurrere. Sed acute rapuit ex eodem proposito validam responsionem, ut magis eum cupidum lacessendi ostenderet, qui sibi ea ultro suggereret, quae potuisse dici fateretur nec tamen dicta sint.

Te aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras misisse, quod mihi meae, quas ad aliquem misissem, obfuissent.

Haec omnia non ad reum, sed ad [omnem] Ciceronem spectant quasi asperius a Laterense proposita. Nam significari scio epistulam non ad mediocris instar voluminis scriptam, quam Pompeio in Asiam de rebus suis in consulatu gestis miserat Cicero aliquanto, ut videbatur, insolentius scriptam, ut Pompei stomachum non mediocriter commoveret, quod quadam superbiore iactantia omnibus se gloriosis ducibus anteponeret. Hoc igitur vult esse purgatum dicens nuntiasse se Cn. Pompeio patriae conservationem nec inscienter de semet ipso gloriatum. Obfuerunt autem re vera: nam sic effectum est, ut ei Pompeius contra Clodianam vim non patrocinaretur.

§ 86. Quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit.

Haec iam saepius dicta sunt de Pisone et Gabinio, qui actionibus P. Clodi tribuni pl. in perniciem M. Tulli consenserant habituri provincias ⟨Piso⟩ Macedoniam, Gabinius Syriam. Sed hic exercitum perditum a Pisone,

---

22: *p.* 89, 29 *sqq.* 96, 30. 117, 27 *sqq.*

---

2 eundem *C* 5 potuisset *C* 9 ad omnem Ciceronem *Cmo, corr. Zg* ad ipsum C. *St* 10 significat *Cmo* 11 ⟨quantum⟩ scio *St* ad mediocrem instar *C* mediocrem ad instar *mo* 12 inscriptam *C* 23 *distinxi:* . ΔЄ ... ΔЄ ... | ΔICTΔSUNTΔЄ ... O ... ЄTĜΔ|BINIOquIΔCTIONIB · | CIOΔITRIBUN ... INPЄR|NICIЄM · M · T ... SЄ. | SЄRINT *sqq. lacc. primae lin. 1 litt.; 2½ cm. = 5 litt.; secundae 1½ cm. = 3 litt.; 1 cm. = 2 litt.; quartae 1½ cm. = 3 litt.; quintae 4 cm. = 7 litt.; 1 litt. latt. Maius omnia legit* 25 ⟨Piso⟩ *mo* 26 ⟨alterum⟩ exercitum *mo* exercitum ⟨alterum⟩ *St*

alterum a Gabinio venisse significat, scilicet quod regem Ptolemaeum acceptis decem millibus talentum per vim militarem exercitus Romani restituisset in regnum suum. Et simul in hoc epichiremate adhibet eundem colorem iam sibi in multis orationibus frequentatum, idcirco se cedere urbe maluisse, ne quid seditiosae dimicationis cum multorum exitio moveretur.

Quem quidem saltator ille Catilinae consul proscribtionis denuntiatione terrebat. § 87.

²Ἰδίως pro stomachi sui acerbitate Gabinium lacerat quasi famosae inpudicitiae, quem minitatum proscribtionem equestri ordini eapropter dicit, quod illius edicto fuisset L. Aelius eques R., cui familiaris amicitia cum M. Tullio fuerat, relegatus.

Iustissimos omnium Metellorum et clarissimos triumphos gloria et laude superavit. § 89.

Cum semet ipsum praepositurus sit Q. Metello Numidico, et illum tamen copiosissime laudat et ad quoddam egregium specimen virtutis amplificat, quod maluerit in exilium ⟨ire⟩ quam iurare in agrariam legem tribuni pl. Apulei Saturnini. Verum sibi, ut coeperam dicere, ipse Tullius maximam laudem praestruxit, qui ad tutelam salutis publicae patientiam discessus illius, quamvis non mediocri cum dolore, susceperit, ut multo sit laudabilior Metello, qui non tam pro vigore sententiae suae . . .

(Desunt II paginae.)

. . . miserabiliter intellegatur, qualis ferme lugentium maeror est, quos impetus nimiae karitatis exagitat. § 99.

---

2 *sq. cf.* Cic. pro Rabir. Post. 8, 21.
12 *sqq. cf.* Cic. in Pis. 27, 64. Ascon. 9, 4.
19 *sqq. cf.* Cic. pro Sestio 16, 37.

---

4 epiciremate *C* 6 secedere *mo, corr. Or* seditiose *C* 12 dicto *C* 13 INEQUES·R· illustris eques R. *St* 16 gloria et laude *Garatonius* gloriae laude *C codd. Cic.* 20 ⟨ire⟩ *mo* ⟨ire⟩ in exilium *St* 23 publice *C* 27 ‖serabiliter *C suppl. mo*

Thessalonicam me in quaestoriumque perduxit.

Hospitium quaestoris significans proprie secundum vocabulum magistratus etiam loco ipsi nomen dedit. Nunc autem ... omnia, in quibus variae dignitatis praesides habitent, praetoria nominantur.

§ 101. Siquidem ego tibi vivus non prosum, qui fortasse mortuus profuissem.

Lacrimosis lemmatibus iam perorat adfectus animi sui cum varia miseratione promens, ut tantum auxilii reus habeat, quantum suo dolori patronus adiecerit.

§ 102. Salutem tibi idem dare possunt, qui mihi reddiderunt.

Nimis ... ωc. Ad permovendos iudices procliviorem facit inpetrandi facilitatem constituens in eorum misericordia firmamentum salutis Cn. Plancii, per quos ipse sit reditum consecutus. Ita eleganter et pro se gratias agit et huic pares humanitatis eventus deprecatur.

Mecum vos simul hic miserrimus et optimus obtestatur parens et pro uno filio duo patres deprecamur.

... valde. Copulatis utrimque personis et in patre sine dubio plurimum constituit miserationis et sibi eandem vim sollicitudinis vindicavit, quasi uterque Cn. Plancio pater sit, alter natura, alter officio gratiosus.

---

5 *lac. 4 cm. = 8 litt.* καθ' ὅλου? 9 lEGMΔTIB· *post* perorat *spatium* $4\frac{1}{2}$ *cm. = 12 litt. vacuum est* 10 proluens *Cmo* provolvens *Mai* promens *Madvig* 14 nimis hos *C* eximius locus *mo graecum verbum hic latere iam Or vidit* παθητικῶc? 18 depraecatur *C* 20 mecumque *codd. Cic. legi* bI ... |M ... ERRIMUSETOPTI ...|... TESTATUR *sqq. lac. primae lin. un. litt., secundae 1 cm. = 2 litt.; 2 cm. = 3 litt.; tertiae 1 cm. = 2 litt.* 23 *lac. 2 + 1 cm. = 6 litt.* παθητικῶc *Zg* δεινῶc?

INCIPIT ⟨ÞE ÆRE ÆLIENO MILONIS⟩.

... et Hypsaeus, quo anno etiam P. Clodius Pulcher, inimicus eius, in praeturae candidam venerat; idem cum petitioni Milonis adversaretur et comitia multo et vario ambitus genere turbaret, quo magis Hypsaeus et Scipio consules designarentur, Milo autem repulsam ferret, per hos dies senatus convocatus est. Aput quem P. Clodius invectionem sibi non tantum contra Milonem, verum etiam contra ipsum M. Tullium contumeliosam simul atque asperam depoposcit, ut ambitum moveri ab eo diceret, quoniam multis erga rem p. meritis praevaleret, vim moliri etiam per armatos homines criminaretur, ad extremum longe minus, quam haberet, aeris alieni esse professum: nam sestertium sexagies in aere alieno se habere professus Milo secundum veterem consuetudinem fuerat. Cum igitur obnixe contenderet Clodius non oportere ⟨consulatum petere⟩, qui magno aere alieno defaeneratus praedae videretur habiturus esse rem p., contradixit eius insectationi M. Cicero, qui familiaritate praecipua Milonem diligebat ob id vel maxime meritum, quod restitutionem suae dignitatis ab eodem tribuno pl. meminerat adiutam. Quanto autem odio habuerit P. Clodium, iam compertum est ex orationibus illius, quibus eius vitam moresque dilacerat. Ex iurgio itaque, quod inter se moverant, oratio ista composita est; cuius inscriptionis titulum, priusquam commentari adgrediar, explanandum puto non ab re existimans futurum [non] lectoribus,

---

2 *lac. 3 lin. = 54 litt. latt., in quibus hodie nihil distingui potest* ⟨in eundem annum consulatum petierunt T. Annius Milo et Q.⟩ Metellus Scipio *mo* 8 inquisitionem *Niebuhr* 14 professus *C* 16 TUEBAT obnixae *C* 17 ⟨consulatum petere⟩ *Zg* ⟨petere⟩ *Niebuhr mo* 20 diligebat *mo, ego in spatio 4½ cm. nihil legi* 22 aiutam *C* quamto *C* 23 illius plurimis *mo* illius aliis *St mihi post* illius *spatium un. cm. in fine lineae vacuum videtur* 27 NONLECTORIB· nostris lectoribus *m, corr. o*

si orationis titulum non indocte perspexerint. Quippe inscribitur: Interrogatio de aere alieno Milonis. Interrogationis autem non una species erat, sed variae, ut alia significaret accusationis denuntiationem, qualis illa praescribtio est orationis eius, qua usurus fuit, si eum P. Clodius legibus interrogasset; legibus etenim sic interrogabantur inquirente accusatore, an omnia secundum legum praescripta gesserit is, cui crimen intendebatur. Erat alia praeterea interrogatio testium, sicut ipse M. Tullius P. Vatinium testem interrogavit; proprie namque interrogatio dicebatur, qua testes redarguebantur. Tertia haec est interrogandi species, ut Sinnio Capitoni videtur, pertinens ad officium et consuetudinem senatoriam: quando enim aliqui sententiam loco suo iam dixerat et alius postea interrogatus quaedam videbatur ita locutus, ut refutari posse iustissime viderentur, postulabat ille, qui iam sententiam dixerat, ut sibi liceret interrogare, hoc est illum redarguere, cuius sententia in multis quasi mendax et calumniosa redargui posset. Quoniam ergo dixerat Clodius et minus professum aeris alieni Milonem ...

(Desunt II paginae.)

Frgm. I ...*ber animose confidens.

... in Clodium convertit, ut huiusmodi obsequia humilitatis plenissima in eum verius et probabilius conferantur, qui abiecta omni dignitate ordinis sui Pompeium demissis precibus oraverit, ut ab eo in gratiam reciperetur.

Frgm. II Non pudet? Sed quid pudeat hominem non modo sine rubore, verum omnino sine ore?

---

2 interrogato *C* 3 uarie *C* varia *mo, corr. Or* 5 quam *C, St* si *Zg* in *Cmo* 7 interrogabatur *mo* 10 PVTATINIM .... TESTEM *lac. 2 cm. = 4 litt.; emendationis causa hoc spatium vacuum esse videtur* 11 testis *Leo* redarguebatur *C Leo* 14 aliquis *mo* aliquid *C* aliqui *St* 16 refutare posset *C* 18 *post verbum* sententia *lac.* $^3/_4$ *cm. = un. litt. est* 24 *lac. 4 cm. = 10 litt.* εἰρημένον? convertitur *C* convertitur ⟨ut⟩ *mo* 27 PRAECIB· 29 rubore *Niebuhr mo* pudorem *C* pudore *Müller*

Multa cum acerbitate insurrexit et inpudentiam et sive infamem turpitudinem sive deformitatem voltus volens exprobrare non tantum *sine rubore,* verum etiam *sine ore* P. Clodium dixit: nam traditur forma inliberali is fuisse.

Sic enim homines egentes et turbarum cupidi loquebantur: O virum *usuum. Frgm. III

... Rumigerantium sermones rettulit, qui cum summum vigorem constantiae Clodio adscribsissent, quod audacius Pompeio repugnaret, post eundem humili satisfactione depositum contemtui ducerent.

Maledicere autem, immo vero domo principem civem vi et metu continere. Frgm. IV

... IV. Sub eadem figura τ ... verbum retraxit per quandam correctionem. Notissimum est autem P. Clodium ⟨insidiatum⟩ esse Pompeio. Id ipsum testificatur et in aliis quidem retro habitis orationibus et multo plenius ac manifestius pro Milone.

Ut quas haberet in vestibulo tabulas refigeret. Frgm. V

Post eiectum Ciceronem velut criminum eius elogia proscribserat Clodius et easdem tabulas in vestibulo domus suae fixerat. De quibus nunc loqui videtur easque contendit, quoniam falsae sint et calumniosae, pro nihilo esse ducendas nec ullam sibi ex iis invidiam pertimescendam, qui et in senatus consultis nihil mentitus sit et restitutionem meruerit.

---

4 Cic. in Clod. et Cur. fr. XXV: credo, postquam speculum tibi adlatum est, longe te a pulchris abesse sensisti.

---

3 exprobare *Cm, corr. o* verum etiam *mo* uere autem *C* 4 os *Zg* 7 *lac. 3 cm. + un. lin. + 2 cm. = 30 litt. aut un. lin. + 2 cm. = 22 litt.* 13 *lac. 5¼ cm. + un. lin. + 2 cm. = 32 litt. vel un. lin. + 2 cm. = 22 litt.* κατ' ἐπανόρθωσιν *suppl. Zg* ιν *Zg* in *Cmo lac. 4½ + 1½ cm. = 13 litt.* τῆς ἐπανορθώσεως *suppl. Zg* 14 nouissimum *C* 15 ⟨insidiatum⟩ *mo* 20 etlogia *C* 21 perscribserat *m* ЄΑSδЄΜU·ΤΑΒUΙΑS 24 ṘЄΡЄRΤΙΜЄS| CЄΝδΑΜ 25 in *del. Mai* consultus *C, corr. Or* consultum *mo* consulto *Müller*

Frgm. VI Etenim tria, ut opinor, haec in Milonis personam questus es: de aere alieno, ⟨de⟩ vi, de ambitu; duo praeteristi: nihil de religionibus violatis, nihil de incestis stupris questus es.

Facto supra ... per eas species, quibus insectatus Milonem Clodius fuerat, subdit orator etiam duo haec posteriora, quae in ipsum procul dubio adversarium con ...

(Desunt IV paginae.)

Frgm. VII ... adversarii.

Nunc ad aliud transit: an aliquid Milo per vim facere conetur, et hoc similiter refutavit, ut omnis ista suspicio et invidia in Clodium retorqueatur. Ita enim ... excurrent, quibus et Milonem purget et adversarium praegravet.

Frgm. VIIIa Eiciundus est ex urbe civis, auctor salutis.

Copiosissima et vehemens exsecutio, ut supra dixi, reum de vi constituens P. Clodium, cuius res gestae omnes nihil umquam tranquillitatis habuisse videantur. Sed statim ... coeperit, exilii sui mentionem quam subtiliter et consulte, non specialiter nec nominatim, sed per hanc generalitatem intulit! Quoniam erat aliquid cum

Frgm. VIIIb sua laude dicturus, *eiciendus est,* inquit, *ex urbe civis, auctor et custos salutis, otii, dignitatis, fidei!* Haec quoniam ... erant ... quasi de alio loqueretur, induxit, ne pro insolenti et iactantissimo haberetur.

Frgm. IX Includendus intra parietes,

Videtur et Cn. Pompeio idem Clodius insidias paravisse; itaque oratorie laudem subiecit hoc inferendo:

---

26 Cic. pro Milone 7, 18.

---

2 quaestus *C* ⟨de⟩*mo* 4 incaestis *C* incestus *mo* quaestus *C* 5 *lac. 4 cm. = 8 litt.* μερισμῷ *suppl. Zg* 7 con‖ *C* conveniebant *mo* 12 *lac. 4½ cm. = 10 litt.* ἐπιχειρήματα *vel* ἐνθυμήματα *suppl. Halm* 18 *lac. statui* coeperit ⟨ab adulescentia furere. Iam⟩ *mo* ⟨turbarum plenae, ubi primum rem p. capessere⟩ coeperit. *Leo virgula post* videantur *posita.* contexuit *pro* coeperit *Zg* ⟨cum de tribunatu eius loqui⟩? 23 *lac. 1½ + 2¾ cm. = 11 litt.* ἀλαζονικά *suppl. Halm lac. 2 + 2½ cm. = 11 litt.* καθ' ὑπόνοιαν *suppl. Zg* insolentia *C* 26 Pompei *C* 27 oratoriae *C*

qui populi R. imperium non terrarum regionibus, sed caeli partibus terminavit. Frgm. X

Hoc enim ita ... superiectum est, ut et Pompeio blandiretur et Clodium quasi hostem publicum denotaret, qui virum tam necessarium rei p. ipsi eripere conatus sit.

Nec vero tum timendum fuit, cum cessimus. Frgm. XI

Bene elocutus est de exilio suo, quod maluit discessionem vocare quam poenam. Et ⟨in⟩ aliis orationibus similiter coloravit neque metu neque ulla conscientia criminum se maluisse discedere, sed praecavisse potius, ne ad arma per seditionem veniretur.

Eosdem ad caedem civium de Apennino deduxisti. Frgm. XII

Quasi haec omnia in Catilinae socium dicerentur, ita mentionem attulit Apennini, quem nuper ille cum exercitu obtinuerat.

Lapidibus duo consules ceciderunt. Frgm. XIII

Cn. Domitium Calvinum et M. Valerium Messallam. Nec alia fuit causa, cur senatus convocaretur, quam illa praecipua, quod P. Clodius inmissa seditiosorum manu comitia turbaverat, quae habebantur de consulibus creandis, cum esset etiam Milo candidatus.

Qui multis inspectantibus kaput feriebas, femina plangebas. Frgm. XIV

Gestum furiosi hominis ...

(Desunt II paginae.)

... *lium nomina.

Est enim, quocumque venit, et reorum crimen et iudicum. Frgm. XV

Quod pertinet ad reos, illud est: inutiliter loquens adfert illis periculum damnationis. Quod autem refertur ad iudices, hic intellegere debemus magnam illis invidiam

---

3 *lac.* $3^1/_2 + 2^3/_4$ *cm.* = *15 litt.* κατὰ τὴν αὔξησιν? 10 praeuacuisse *C* 14 Catilina *C in fine lineae; diiudicari nequit, an post hoc verbum aliquid scriptum fuerit; corr. Niebuhr mo* 17 caeciderunt *Cmo* 20 NI|MISSA 22 tum *C* tum ⟨cum⟩ *Or* 30 illut *C*

simul et infamiam comparari ab litigatoribus, ⟨cum⟩ corrupti pecunia existimarentur: quoniam hoc falso iactaverit Clodius pretium sententiarum iudicibus esse tribuendum, cum tamen eandem pecuniam ipse intercepturus acciperet.

Frgm. XVI Tuamque praeturam non tuo more differas.

Hoc in narratione Milonianae defensionis plenius ostendit Clodium petitorem fuisse praeturae, cumque animadverteret comitia non sic procedere, ut Kal. Ianuariis posset inire praeturam, maluisse desinere a petitione. Hoc ergo Tullius arripuit omnibus esse miraculo, quod non differat etiam praesenti anno petitionem, quod iam semel fecerit. Solebant autem impediri comitia per dissensionem magistratuum.

Frgm. XVII Nec suffragia dabis, quibus ostentas.

... Comminatur et se denuntiat actionibus eius adversarium futurum neque in legationem cum Pompeio discessurum. Laturus autem de suffragio libertinorum P. Clodius legem videbatur, ut et ipsi tum in censum aequaliter pervenirent.

Frgm. XVIII Nec vero illam nefariam libertatem.

... legis mentio fit in oratione quae habita est pro Milone: '*An tui ... de nostrorum omnium — non audeo totum dicere: videte, quid exitii lex habitura fuerit, cuius periculosa etiam reprehensio est.*' Opinio erat legem ... in praetura ... nium .. seru ... liarum.

6 Cic. pro Milone 9, 24.

20 *sqq. est fragmentum orationis pro Mil. re vera habitae.*

1 *pro* cum *suppl. mo* si 3 praetium *C* 4 intercep ... us *C, lac.* $1\frac{1}{2}$ *cm.* = *3 litt. latt.* 5 tuamque *mo* quamque *C* praeturam *mo, C laceratus* PR .... *habet cum lac. verbo suppleto congruenti* differas *mo C habet* ....‖RΔS *cum lac. congruenti* 7 cumquae *C* 9 desistere *Or Müller* hoc *mo, C habet lac. 2 cm.* = *4 litt.* 10 differat *mo, C habet lac.* $3\frac{1}{2}$ *cm.* = *8 litt. latt.* 11 praesenti anno *mo* PRΔЄ ... *lac. 4 cm.* = *9 litt. latt.* 14 *lac.* $2\frac{1}{2}$ + *4 cm.* = *15 litt. vel 4 cm.* = *10 litt.* μετὰ ἀπειλῆς? 17 cum *C, corr. St* 19 *lac. 5 cm.* = *11 litt. latt.* eiusdem *suppl. Zg* 20 .. NTUI .... *prior lac. un. litt. latt.; posterior* $4\frac{1}{2}$ + $1\frac{1}{4}$ *cm.* = *14 litt. latt.* ⟨illi sectatores⟩? 22 *lac. 3 cm.* = *6 litt. latt.* 23 *lac.* $1\frac{3}{4}$ *cm.* = *3 litt. latt. lac. 1 cm.* = *2 litt. latt. lac. 2 lin.* = *36 litt. latt., in fine prioris lineae* Є *legitur* legem ⟨laturum⟩ in praetura ⟨Clo⟩dium ⟨de⟩ serv⟨is liberandis ..... fami⟩liarum *Leo*

Quis non meminerit pueritiam tuam? Frgm. XIX
... asperitatis invidiaeque plenissima cum describtione personae, qua mores eius inluminat, quem non magis timeri oporteat quam despici tot vitiorum foeditatibus inquinatum. Cetera hic explananda non sunt, quae satis in praecedentibus diximus.

Iterum a piratis redemtum: Quo enim nomine appellem eos, qui te pretio accepto liberaverunt? Frgm. XX
... Significat iudices eos, qui accepta pecunia reum de incesto absolverant Clodium, ut et ipsi piratae ...

(Desunt saltem XVI paginae.)

... naturae. *Nisi vero liniamentis hominis nomen et figuris positum, non naturis putas.* Frgm. XXI
... Definit hominis proprietatem non liniamentis corporum, sed animorum qualitatibus aestumandam.

Tum habuisti quasdam formidines, ⟨quae⟩ quasi cornua quaedam exciderunt impleta. Frgm. XXII
..., qua P. Clodium ad ferae alicuius et beluae similitudinem describsit. Etiam hoc ... in exitu ... posuit cornua illi, quae habuisse quondam videbatur, nunc esse delapsa, ut nimirum sensus ille sit, magis iam contemni Clodium quam timeri.

Non enim viderunt, quos ipsi exturbarant, eos in civitatem restitutos. Frgm. XXIII
C. Gracchi et L. Saturnini exempla intulerat, quorum alter in Aventino interfectus est, alter Capitolio deductus

---

24 *cf. ad p.* 64, 11; *adde* Liv. per. LXI.

---

2 *lac.* $4\frac{1}{2}$ *cm.* = *11 litt.* ἐρώτησις *suppl. Zg* παρεκβάσις? inuidiaequae *C* 7 RЄδЄM| .... *lac.* $1\frac{1}{2}$ *cm.* = *3 litt. latt.;* redemptum *mo* 8 PRΔЄTION (*vel* P?) ....IOΔC|CЄPTO *lac.* $1\frac{1}{4}$ *cm.* = *3 litt. latt. puto* pretio *iteravisse C* 9 *lac. 5 cm.* = *12 litt.* μεταφορικῶς *suppl. Zg* 10 incesto *mo* ...CЄ...O *utraque lac. un. cm.* = *2 litt. latt.* pira‖ *C* 14 *lac. 5 cm.* + *un. lin.* + $3\frac{3}{4}$ *cm.* = *32 litt. vel un. lin.* + $3\frac{3}{4}$ *cm.* = *23 litt.* ἀπὸ τοῦ ἐναντίου ὁρισμός? definiti *C, corr. Niebuhr* 16 ⟨quae⟩ *mo* 18 *lac. 4 cm.* = *9 litt.* μεταφορά *suppl. Zg* fere *C* 19 adscribsi *C* adscribsit *mo, corr. Halm* *lac. 1* + $4\frac{1}{2}$ *cm.* = *11 litt.* μεταφορικῶς? *lac.* $5\frac{1}{2}$ *cm.* = *13 litt.* παρεκβάσεως? 20 dilapsa *Cmo, corr. Müller* 25 Aduento *C*

cum Glaucia praetore iugulatus. Post quorum necem restitutos in civitatem significat P. Popilium, qui Graccho cesserat, et Q. Metellum Numidicum, qui, ut violentiam L. Apulei subterfugeret, exolaverat. Gloriatur ergo suo nomine, quod vivente inimico suo Clodio restitutus sit.

Frgm. XXIV Qui armis cessissem vel tuis urbanis, vel, ut opinio tum erat, alienis

Acerbitas est querellae ... infirmior fides reconciliatae gratiae. Sed hic oratorie valde, ne quis existimaret quasi Frgm. XXV bonum virum iudicasse Pompeium, cum quo exercere desierit simultates, invigilavit Tullius, ut eum virum cautissimum diceret, qui non magis de fide Clodii et innocentia, quae nulla sit, quam de sua providentia habeat securitatem vitae, cum eius insidiis decipi possit.

EXPLICIT ⟨DE AERE ALIENO MILONIS⟩ ⟨PRO A. LICINIO ARCHIA⟩ INCIPIT FELICITER

... se studiis poeticiis dedidit et adprime, ut videbatur, excelluit in hoc genere litterarum. Amicitia igitur etiam viris inlustribus familiariter copulatus est, ut ipse M. Tullius in orationis huius narratione ... *retur, Heracleam venit, quae tunc erat civitas foederata, et adscriptus est in ordinem Heracliensium civis. Tunc Sila-

---

1 Glauciam praetorem *C* 3 CESSAERAT 6 caessisem *C* T... ANIS *lac. 3 cm. = 6 litt. latt. legit et corr. Mai* 8 quaerellae *C* *lac. 3 cm. + 18 lin. + 3½ cm., in qua legi:* .... INUIDIA¯|.... DIU|..... MO.CE|..... ILO|..... E|.... ARIA...|... MEMO|RIA .... T....| .... INFIRMI||OR *lacc. sunt prima 3 + 4 cm. = 18 litt. latt., altera 6 cm. = 14 litt. latt., tertia 2 lin. + 5 cm. = 48 litt. latt., quarta un. litt. lat., quinta 6 cm. = 13 litt. latt., sexta 7 lin. + 6 cm., septima un. lin. + 4¾ cm. = 28 litt. latt., octava un. litt. + 4¼ cm. = 10 litt. latt., nona 3 cm. = 7 litt. latt., decima 2½ cm. + 4 cm. = 14 litt. latt.* 9 oratoriae *C* 10 bono uiro *C* iudicatum a Pompeio ⟨eum⟩ cum *mo* iudicasse Pompeium ⟨eum⟩ cum *Halm* 14 securitate *C* decipi ⟨non⟩ possit *St* 17 *lac. 3 lin. = 50 litt. latt., in cuius initio* O *erat* poeticiis *C* 20 *lac. 3 cm. + 6 lin., in qua omnes litterae obscuratae sunt.* ⟨confirmat. Interim satis longo intervallo cum esset cum L. Lucullo in Siciliam profectus et cum ex ea provincia cum eodem L. Lucullo regrede⟩ retur *mo*

nus et Carbo cos. legem tulerunt, ut omnes, qui essent ex foederatis populis, civitatem Romanam consequerentur, si modo illo tempore, quo lex lata esset, domicilium in Italia haberent et intra diem sexagensimum professi aput praetorem fuissent. Quae cum Licinio Archiae ad optinendum ius civitatis Romanae argumenta deessent, quoniam neque tabulis Heracliensium probare poterat adscribtum se in ordinem civium, quippe tabularium civitatis illius exarserat bello sociali, neque bona sua in censum detulerat, reus factus lege Papia, quae lata fuerat ad eos coercendos, qui temere et inlicite civitatem Romanam usurpassent. Fit ergo quaestio coniecturalis, an adscribtus sit in ordinem Heracliensium et an fecerit omnia, quae is facere debuerit, qui esset e numero foederatorum. Et deficitur quidem multis probationibus, testimonio tamen Heracliensium et vel maxime, quibus tota occupatur oratio, poëticae facultatis et doctrinae iucundissimae gratia nititur. Est etiam omissa coniectura disceptatio per ipsam qualitatem personae, ⟨an⟩ civis Romanus debeat adoptari, etiamsi in praeteritum non sit adscitus.

EXPLANATIO.

Cum res agatur aput praetorem p. R., lectissi- § 3.
mum virum.

Hanc enim causam lege Papia de civitate Romana aput Q. Ciceronem dixit Archias, huius M. Tulli fratrem. Quapropter nititur, ne minus civiliter loqui existimetur, recedens videlicet aliquantum a forensi genere dicendi. Quod ipsum ne pro inepto accipiatur, iam praeloquitur a modo praesentis causae non abhorrere et personae vel maxime, pro qua dicendum esset, convenire.

---

8 quippae *C* 10 factus ⟨est⟩ *mo* 12 quaestio *Zg* quasi *Cmo* adscribtum *C* 13 ordinem *mo* eodem *C* 18 disceptione *C, corr. mo* 19 ⟨an⟩ *St* ⟨ut⟩ *mo* 20 adsocius *C, corr. Leo* adsociatus *mo* 21 *legi* .. XP[.... 22 agatur *codd. Cic.* agitatur *Co* agitetur *m* lectissimum *codd. Cic.* rectissimum *Cmo* 25 quem *pro* Q. *C* cuius *C* 26 quiapropter *C* utitur *C* utitur ⟨deprecatione⟩ *mo* 29 adhorrere *C*

Hoc denique praetore exercente iudicium.

Non vacat, quod mentionem facit praetoris ipsius, id est fratris sui Q. Ciceronis, qui iudicio praeerat. Opportunissimum quippe ait de laudibus poëtae boni aput eum dicere, qui studiis huiusmodi delectetur. Fuit enim Q. Tullius non solum epici, verum etiam tragici carminis scribtor.

§ 5. Itaque hunc et Tarentini et Regini et Neapolitani civitate ceterisque praemiis donarunt.

Utiliter praeparavit ad causam iam pridem hunc Archiam poëticae facultatis gratia celebrem a plurimis Italiae nobilissimis populis in numerum civium cooptatum. Quod nimirum argumento esse debeat etiam Heracliensibus nuper adscribtum, robustiorem iam fama et ingenii dignitate maiore. Fuerunt autem urbes istae, de quibus loquitur, quibusdam Graecis tribubus conditae.

Quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studium atque auris adhibere posset.

C. Marium Iugurthinum, qui ad consulatum septimum provectus est, non ignoramus in doctrinae studiis alienum et sola rei militaris scientia floruisse, Quintum vero Catulum non mediocriter litteris liberalibus informatum. Sed eleganter utrique Archiam placere potuisse in hac parte narrationis ostendit, quia praebuit Marius eas res,

---

19 *sqq.* Sall. bell. Iug. 63, 2 *sq.* *(Marii)* militiae magna scientia, animus belli ingens . . . stipendiis faciundis, non Graeca facundia neque urbanis munditiis sese exercuit.

---

10 facilitatis *Cmo, corr. Or* 14 maiorem *mo* urbe *C* 15 ⟨a⟩ quibusdam *mo* Grecies *C* Graeciae *Zg* 16 altera *C* 17 alter cum *codd. Cic.* alterum *C* 20 a *pro* in *mo* 23 ΔRChIΔMCERЄ, *corr. Niebuhr.* *Maxima pars eorum quae sequuntur usque ad 162, 6 hodie ita obscurata est, ut plerumque vestigia tantum perspici possint* 23 24 hanc partem *C* *Maio teste hodie locus sic se habet*: PO|.... Є ... A . CPΔRTЄ *prima lac. 2⅛ cm., altera 2⅛ cm., tertia un. litt. latt. continet. Linea librata supra* Є *non perspicitur* 24 qui *C* PRΔЄ ... *lac. 1¼ cm. = 3 litt. latt.* praestiterat *mo* praebuit *St*

quae satis uberem materiam scribentibus darent, Catulus autem et rebus gerendis floruerat et habilis auditor erat.

Erat temporibus illis iucundus Q. Metello illi Numidico. § 6.

Qui de Iugurtha triumfavit.

Et eius Pio filio.

Hic Metellum exolantem cum *Pompilio Nepote ... conferebat.*

Audiebatur a M. Aemilio.

M. Aemilium Scaurum hac in parte significat et ipsum multae eruditionis, ut et historia de illis habet.

Cum Catulo et patre et filio.

Ambo Cinnana dominatione proscripti sunt odiose.

A L. Crasso colebatur.

Ea aetate hic etiam cum maxime in studiis eloquentiae floruit.

Lucullos vero.

Significat ⟨Marcum⟩ et Lucium, quorum alter de Macedonia, alter de bello Mithridatico triumfarunt.

Et Drusum.

Hic nobilissimus tribunus pl. fuit et defensor senatus contra plebem. Qui postea intra secreta domus suae interfectus est.

---

5 *cf.* Vell. Pat. II 11, 2.
21 *sqq. cf. p.* 71, 18 *sqq.*

---

2 *non perspici potest, utrum* auditor *an* auditur *scripserit C* 2 3 erat *semel scr. C* 5 δϵ .... IUGURThΔ *lac.* $^3/_4$ *cm. = un. litt. lat., in qua* U *fuisse credo* 7 exolantem *Zg* exulantem *Mai suppl. hodie* ϵ ... lΔ ... M *perspicitur* POM| PIIIONϵPOTϵ ... CON|Fϵ ... BΔT *prior lac.* $1^1/_2$ *cm. = 3 litt. latt. continet, posterior 2 litt. latt.; St suppl. locus corruptus est: Leo sententiam coll. oratt. post red. in sen. 37 ad Quir. 6 sic restituit:* cum Caecilio Nepote ⟨et⟩ con⟨sularibus Metellis revocare nitebatur, unde Pii cognomen⟩ ferebat. 11 illo *m* habet et *C* 12 13 cum Q. Gatulo patre et filio ambo *C Maio teste; ego distinxi* CUMCΔT .....|..... P .... FI ... O ... BO *lacc. sunt 3* + $^3/_4$ *cm.;* $2^1/_2$ *cm.;* $^1/_2$ *cm.;* $1^3/_4$ *cm.; cum verbis in textu positis congruunt* 18 ⟨Marcum⟩ *mo*

Et Octavios.

〈Alter〉 eius Octavi filius, quem post bellum civile nuper collegam suum L. Cinna victor occidit, alter vero Cn. Octavius M. Octavio patre, qui consulatum cum Scribonio Curione gessit.

Et Catonem et totam Hortensiorum domum.

Patrem Catonis significat eius, qui se post civile bellum Uticae interfecit, Hortensios autem Q. Hortensium, qui temporibus M. Tulli, quamvis aetate provectior, *tamen famosior oratoris* nomen obtinuit. Densitas igitur haec exemplorum, quae ad personas *nobilitas fertur*, multum praesenti negotio patrocinatur, ut Archias tot amicis et tam inlustribus nixus perquam facile 〈ad〉 honorem civitatis Romanae potuerit pervenire.

§ 8. Hic tu tabulas desideras Heracliensium, quas interisse scimus omnes?

Id quod derivat in aliam causam, qua effectum sit, ne exhiberi litterae possent, id est, propter incendium, quod evenerat bello sociali.

§ 9. Gabinii, quamdiu incolumis fuit.

Aulus Gabinius damnatus fuerat de pecuniis repetundis, quod acceptis decem millibus talentum ab rege Ptolemaeo induxisse Romanum exercitum in Aegyptum diceretur.

§ 11. Census nostros requiris.

Etiam hoc argumento deficiebatur Archias; nec poterat is probare cum ceteris civibus Romanis aput praecedentium temporum censores bona sua professum. Et hoc coloratur absentiae adlegatione, quod eum constet illis censoribus Romae non fuisse ac propterea censum non detulisse.

---

20 *sqq. cf. p.* 149, 1.

---

1 Octauius *C* 2 〈alter〉 *mo* 7 hORTENSIO|AUTEM·Q· hORTENSIU|〈L.〉Hortensio autem 〈filius fuit〉 Q. Hortensius *mo* 9 non *ante* tamen *suppl. mo* provectior, famosi *Leo* provectior tamen famosioris *Krause* 10 que *C* nobiles *mo* nobilita〈tis〉 *Krause* nobili〈ssime cogni〉tas? refertur *mo* transfertur *St* 12 〈ad〉 *mo* 14 desideras *codd. Cic.* desideres *Cmo* publicas quas *codd. Cic.* 17 litterae *Zg* lIUERAE 26 censore *C* 27 adlectione *Cmo, corr. Niebuhr* 28 et Romae *C* fuisset *C*

Cum L. Lucullo aput exercitum fuisse.

In Asia scilicet temporibus belli Mithridatici.

Et testamentum saepe fecit nostris legibus.

A partibus ad totum: rebus gestis quam plurimis Archiam signa edidisse civis R., quae non poterat habere peregrinus.

Quantum alveolo, quantum pilae. § 13

Sunt enim haec, ut vulgo comperimus, genera ludendi.

Quis animo tam agresti et duro fuit, ut Rosci § 17. morte non moveretur?

Quintum Roscium Gallum dicit illis temporibus inlustrem comici operis actorem, quem familiarissime Cicero dilexit, qui non ita pridem vita excesserat.

Ille Marius item eximie L. Plotium dilexit. § 20.

Hic primus Romae studia Latina docuisse ⟨fertur⟩.

Ergo illum, qui haec fecerat, Rudinum § 22. hominem.

Natione Rudinus fuit Q. Ennius, quem superior Africanus dilectum familiarissime etiam communicato sepulchri honore dicitur in maiorum suorum numerum redegisse. Sepulchrum fuisse traditur extra portam Capenam mille ferme passibus ab urbe seiunctum.

---

15 *sq.* Sueton. de rhetor. 2 L. Plotius Gallus. De hoc Cicero in epistola ad M. Titinium sic refert: Equidem memoria teneo pueris nobis primum Latine docere coepisse Plotium quendam.

21 *sq.* Liv. XXXVIII 56 Romae extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuae sunt, quarum duae P. et L. Scipionum dicuntur esse, tertia poetae Q. Ennii.

---

7 *lemma codd. Cic. sic exhibent* quiaeloquipila *C* quantum denique aleae, quantum pilae *mo* 9 quis nostrum *codd. Cic.* tam animo agresti ac *codd. Cic.* 10 nuper non *codd. Cic.* MORERETUR *C, corr. mo* commoveretur *codd. Cic.* 12 auctorem *C* 13 ita *mo* ...|Δ *lac. 1 cm. = 2 litt. latt.* vita *mo* ulto *C* 14 illa *C* item *codd. Cic.* idem *Cmo* eximiae *C* Plotium *codd. Cic.* Clodium *Cmo* 15 Roma *C* ⟨fertur⟩ *mo* 18 ratione *C* 19 familiarissimi *C* 21 pulchrum *C* TRΔδITU— *corr. Eberhard* traditum *mo* traditum ⟨est⟩ *Zg* millae *C*

§ 24. Quid? noster hic Magnus.

De Cn. Pompeio dici est manifestum. Et opportune, quoniam supra mentionem fecerat Macedonis Alexandri, cui hoc idem cognomentum fuit, de Pompeio dicturus adiecit *hic noster*.

§ 25. Epigramma in eum fecisset, tantum modo alternis versibus.

Ab exemplo iudicando, non sine differentia tamen personarum haec argumentatio impletur L. Syllam praeter ceteros Archiae daturum civitatem Romanam fuisse, poëtae nobilissimo, qui etiam malos plerosque existimaverit honorandos. Alternos igitur versus dicit elegiacos metris scilicet dissentientibus varios. Primus autem videtur elegiacum carmen scribsisse Callinos. Adicit Aristoteles praeterea hoc genus poetas Antimachum Colofonium, Archilochum Parium, Mimnermum Colofonium, quorum numero additur etiam Solon, Atheniensium legum scribtor nobilissimus.

Ex his rebus, quas vendebat, iussit ei tum pretium tribui, sed ea condicione, ne quid postea scriberet.

Non potuit expressius vitia poëtae declarare, quam dicendo datum illi non praemium laudis, sed mercedem silentii.

§ 26. Etiam Cordubae natis poëtis pingue quiddam sonantibus.

De versiculis nec egregio cultu nec amoena varietate nec eminentibus figuris carmen instructum.

§ 27. Decimus quidem Brutus.

Hic Brutus Gallaecus fuit cognomento ob res in Hispania non minus strenue quam feliciter gestas. Eius

14 Aristot. ed. Bekker. vol. V fr. 626 p. 1584 a.
29 *sqq.* Vell. II 5. Liv. per. LVI. Oros. V 5, 12 (*ex Livio?*).

2 opportunae *C* 4 cognomentuum *C* 8 adiudicando *Cmo* adducendo *Or* 12 dici *C* 14 alii nos *C* 18 iis *codd. Cic.* tum *ante* vendebat *ponunt codd. Cic.* iubere *codd. Cic.* 19 praetium *C* pretium *mo* praemium *codd. Cic.* 23 pinguem *C* 25 de *Cmo* id est *St* 26 structum *St* 28 cognento *C* 29 GESTAbUCEIUS

etiam nomini ⟨dicatus Acci⟩, poetae tragici, exstat liber, cuius plurimos versus, quos Saturnios appellaverunt, vestibulo templi Martis superscribsit Brutus.

Hunc ad perficiendum adoravi. § 28.

Hoc verbum adoravi significat: cohortatus sum; adorare autem orare et petere significat.

Qui vos, qui vestros imperatores, qui p. R. res gestas semper ornavit. § 31.

Epilogus valde conveniens personae rei, quo devotionem Licinii Archiae commendat in rebus p. R. ... am omnesque ingenii vires ... occupatas.

PRO ⟨ARCHIA EXPL.⟩ FELICITER.

---

1 *lac. 1½ cm. = 3 litt. latt.* ⟨dicatus Accii⟩ *Niebuhr mo* cuius *mo* qui *C* 4 adornavi *vel* adhortatus sum *codd. Cic.* adhortavi *m* 5 hic *St* 5 6 adorauit *Cmo, corr. Or* autem *Cmo* item *St* 10 p. R. ... am TRAM p. R. gloriae administram *Leo* ornandis iam probatam *Krause* p. R. constanter operatam? omnibus viribus occupati *St lac. significavi* in ea *Leo* etiam tum in eis *Krause* ⟨ad eius gloriam ornandam⟩? occupatis *C*

INDEX VERBORUM.

a 2, 2. 7, 9. 8, 4. 9, 16. 10, 23. 11, 10. 16, 26. 19, 28. 20, 3. 24. 25, 1. 27, 5. 29, 14. 23. 32, 6. 18. 39, 22. 42, 8. 45, 2. 46, 10. 57, 12. 60, 14 (*erratum!*). 62, 5. 19. 64, 19. 66, 3. 68, 9. 74, 13. 78, 7. 28. 81, 22 82, 27. 87, 5. 90, 27. 91, 14. 94, 13. 23. 95, 3. 99, 15. 100, 2. 103, 24. 106, 18. 107, 13. 112, 2. 4. 13. 113, 3. [4.] 118, 18. 120, 9. 122, 2. 123, 8. 124, 23. 128, 27. 29. 130, 21. 131, 6. 10. ⟨135, 3.⟩ 137, 1. 3. 138, 16. 139, 26. 141, 29. 144, 7. 148, 10. 26. 149, 1. 156, 9. 159, 27. 29. 160, 10. 163, 4.

ab 3, 15. 5, 4. 7, 14. 9, 21. 10, 11. 12, 17. 14, 12. 15, 14. 30. 16, 4. 15. 19, 11. 20, 21. 21, 1. 7. 9. 22, 6. 28. 23, 13. 31. 27, 25. 31. 28, 7. 17. 30, 6. 29. 31, 1. 32, 9. 39, 23. 40, 11. 15. 16. 25. 27. 41, 22. 42, 18. 43, 2. 45, 9 bis 49, 17. 50, 20. 24. 51, 10. 52, 20. 54, 23. 56, 23. 57, 21. 58, 16. 59, 17. 61, 9. 63, 16. 68, 13. 69, 19. 70, 5. 77, 20. 78, 7. 82, 22. 83, 3. 30. 84, 17. 87, 11. 90, 12. 25. 94, 1. 17. 95, 15. 96, 8. 101, 23. 102, 13. 103, 26. 105, 11. 106, 19. 109, 2. 10. 13. 110, 4. 115, 16. 116, 14. 28. 118, 14. 19. 119, 13. 120, 11. 20. 121, 9. 122, 10. 12. 123, 26. ⟨124, 16.⟩ 125, 9. 126, 15. 127, 13. 128, 28. 133, 25. 134, 13. 135, 4. 24. 136, 23. 25. 138, 24 140, 19. 141, 7. 16. 26. 144, 28. 147, 1. 151, 11. 21. 27. 152, 27. 156, 1. 162, 21. 163, 22. 164, 8.

abductum 73, 9.

abhorret a fide 29, 14. -rere a 159, 29.

abicit 12, 26. -ciat 141, 16. -iecta 152, 26. -cto: accipere pro 51, 4. -cti hominis 125, 3.

abrogata est 29, 5.

absens 32, 11. 45, 23. 96, 6. 109, 8. 112, 4. -tem 51, 24.

absentiae 162, 27.

absolverunt 21, 11. -verant 157, 10. -vi 63, 10. -vendi sint 54, 26. -utus est 26, 24. 64, 1. -utus sit 21, 25. -utus 3, 12. 28, 9. 30. -uto 27, 19. -utus fuerat 22, 22. 27, 18.

absolutione 27, 21.

absolute purgare 17, 10.

abstinerent 10, 1. -uerit 79, 12.

abesse 1, 5.

absurdum facere 50, 23.

abundantissime dilatare 59, 23.

